

An creditores hypothecarii posteriores ex causa onerosa preferantur anterioribus ex causa lucrativa?

Materia donationis explicat late præter Scribentes in locis ordinariis, Cardinal. Tulchus litera D. conclus. 621. & sequentibus usque ad 717. Cardinalis item Mantica de tactis conu. lib. 13. per quadraginta & novem titulos: Petrus Gregorius in synagm. lib. 28. cap. 7. & pluribus sequentibus. Clarus receptum; §. donatio: Soula in tit. de pactis, articulo 4. questione 2. ubi an donatio sit contractus nominatus: Osualdus ad Donell. lib. 14. cap. 26. & sequentibus, ubi de revocatione donationis, & alia, & lib. 19. cap. 11. de quærela infidelis donationis; Mozius de contractibus; tractatu de donatione; Cardoso in praxi verbo, Donatio, Matienzo, & Azevedus in titulo 20. libro 5. Recopil. Molina de iustitia, tom. 2. disputat. 273. & seq. Lessius etiam de iustitia, libro 2. cap. 18. per totum: Cancercius var. lib. 1. cap. 8. Bæza de dote, cap. 17. per totum, ubi de donatione remuneratoria, Fachinus libro 3. controvers. cap. 73. & sequentibus, & libro 5. cap. 12. & seq. Pichardus Institut. hoc titulo, ubi alios plures refert, Diana in resolutionibus Mor. l. num. 8. tractatu de donationibus, Bonacina de contractibus, disputatio 3. questione 11. & sequent. Sylvester, & reliqui Summistæ, verb. Donatio, & latissime Hermosilla in titulo 4. paritæta 5. ubi optime, & copiosissime materiam explicat, Barbosa in collectan. titulo de donationibus, lib. 3. Decretalium, per totum, Marius Castelli eodem tractatu, late, & Carlevalius de iudiciis, tom. 2. disputatio 30. ubi an creditor prior causa lucrativa præferatur posteriori ex causa onerosa? Filiucius in summa, tom. 2. tractatione 34. c. 2. & sequens ad 7.

Ad num. 1. ibi: Pro cuius perfecta declaratione dico, &c.

Definitionem à nostro Gomezio traditam communiter amplectuntur Doctores, ut videri potest per supra relatos; & revera magis videtur explicare naturam donationis, quam altera tradita à Pichardo in rubrica Institut. hoc tit. numero 16. Aliam tradit Petrus Gregorius dict. lib. 28. synagm. 7. numero. 6. quæ ob nimiam longitudinem non placet, alios etiam plures refert Mantica dict. lib. 13. tit. 2. ex num. 1. quæ apud eum videri possunt; & ita à nostro Gomezio tradita tenenda est; quam late comprobant Matienzo leg. 1. titulo 10. lib. 5. glossa 2. numer. 2. Azevedus ibid. in rubrica, num. 1. Faber in suo Codice, tit. de infidelis donat. definitione 6. num. 13. Mierex de majorat. part. 1. quæst. 22. num. 17. Cardoso in praxi, verbo, Donatio, num. 1. Castillo quotidian. libro 5. cap. 89. num. 19. & pro ea alios plures refert Hermosilla in l. 1. tit. 4. part. 5.

Ibi: Et talis donatio sit, & celebratur dupli- ter, &c.

Donationem fieri vel traditione, vel promissione, ut hic resolvitur, & in quo una ab altera differat; vide Mantica, de conventionibus, lib. 13. tit. 4. ex n. 17. ubi ex num. 1. species donationum enumerat, Tulchus lit. D. conclusio 627. ex num. 6. Guzman de evitionibus, quæst. 25. ex num. 2. Barbosa in rubrica ff. soluto matrimonio, 4. part. num. 36. Molina de iustitia, tom. 2. disputat. 273. num. 2. Lessius etiam de iustitia lib. 2. dicto c. 18. ubi latissime per plura dubia explicat omnes promissiones, & quæ sint obligatorias, & quæ non?

Bonacina de contractibus, disputatio 3. quæst. 11. per totum, ubi etiam de omni promissione agit stando in jure communi, Hermosilla in l. 1. tit. 4. part. 5. glossa 1. num. 4. ubi etiam agit in quo differat donatio à pollicitatione, stipulatione, & pacto, Pichard. in rubrica, Institut. hoc tit. ubi num. 2. & 5. probat quod donatio traditione perficitur, & eleganter hoc explicat, & contra Commune docet, donationem quæ nullum commixtum negotium habet, & sola traditione perficitur, contractum non esse, secus illa quæ modalis est, & quæ pactum sui conditionem commixtam habet: licet contrarium, imò contractum esse teneat Soula in commentariis ad titulum ff. de pactis, questione 7. art. c. 4. ex num. 3. & cum eo, & Fabri de errorib. 2. parte, de ead. 44. errore 8. num. 1. ubi contractum nominatum & stricti iuris appellat, & cum aliis Hermosilla dicta l. 1. glossa 1. num. 3. tit. 4. vide etiam Barbosa in collectan. cap. 23. num. finali: de iure patronatus, & Sarmientum lib. 3. cap. 3. in fine.

Ibi: Nec pro evitione ejus, &c. De evitione in re donata diximus jam in c. 2. supra.

Ad numerum 2. ibi: Et breviter & resolvive dico, &c.

Et ibi: Hodie tamen bene valet, &c.

Et ibi: Imò quod magis est, &c.

Donationem posse fieri inter absentes, non solum si incipiat à traditione, sed etiam si à promissione incipiat, imò in hoc Regno, etiam non interveniente aliquo nuntio, vel epistola, remanere donatorem efficaciter obligatum, per Texer, in l. 2. tit. 16. lib. 5. Recopil. docet noster Gomezius hic, & comprobant Covarruvias in cap. quævis pactum, 2. parte, §. 4. num. 15. Menchaca libro 3. de successionum creatione, §. 21. num. 43. Molina de iustitia tom. 2. disputat. 263. Mierex de majoratibus, 1. parte, quæstion. 68. ex num. 43. & quæst. 36. ex num. 24. ubi quod donatio tacite inducitur à lege non requirit acceptationem: Matienzo in leg. 7. titulo 10. lib. 5. Recopil. numer. 17. & sequentibus, & alii plures relati à Thoma Sanchez lib. 1. de Matrimonio, disputat. 6. numer. 18. cum antea numeris præcedentibus explicasset hanc eandem questionem de jure communi, nec non alii plures in unum congesti à D. Joanne del Castillo lib. 4. controvers. cap. 37. ex num. 39. de quo etiam vide D. Larream decis. Granatens. 91. ex num. 1. post Cancercium 1. parte, cap. 8. ex num. 36. late & 3. parte cap. 7. ex num. 333. Sed contrariam sententiam, imò etiam hodie requiri acceptationem, ut non possit revocari donatio absentis facta, stante dicta leg. 2. tit. 16. lib. 5. Recopil. docent latissime idem Thomas Sanchez supra, ubi numer. 5. agit de hærede donatoris, vel donatarii; & num. 15. quid si donatio fiat Infanti? & Salgado in labyrintho, creditor. parte 2. cap. 26. ex num. 60. Noguero. allegat. 22. ex numero 6. & allegatione 20. numer. 133. ubi de Ecclesia, Barbosa in leg. 1. ff. soluto matrimonio, 4. part. numer. 18. & seqq. ubi etiam de donatione sacra Deo omnipotenti; & Castillo dicto numer. 39. qui etiam alios plures pro hac parte refert, & Hermosilla in leg. 4. titulo 4. part. 5. glossa 1. ex n. 7. ubi primum quid iure communi fit dicendum; deinde num. 4. quid iure Regio stabilitum fuerit explicat, & demum cum dicta sententia Thomæ Sanchez & Dom. Joannis del Castillo, & aliorum, manet, & addit prædictas opiniones ad concordiam posse reduci hoc modo,

ut

ut prima nostri Gomezii procedat, quando ultra promissionem aliunde constat de animo donantis, quod statim voluerit se obligare; secunda verò opinio, quam sequuntur Sanchez, Castillo, & reliqui, quando sumus in nuda, & simplice donatione facta absentis: & tandem dictam secundam opinionem ampliat, & limitat eam omnino vide, quasi per totam glossam, ubi num. 49. & 50. etiam adducit duas communes contrarias opiniones in ea questione, tamen post mortem donatoris possint donatarius donationem acceptare invitis hæredibus donatoris, ad quo jus revocandi non potuit transferri? & partem affirmativam veriorum dicit, quam ampliat numer. 51. ut nec ad fiscum facultas revocandi transeat ex delicto commissio per donatorem, eoque non obstante donatarius posse eam acceptare: vide Dom. Larream, & Salgadum supra & Cancerc. num. 31. & Gratian. discept. cap. 729. ex numer. 1. & Soulain titulo de pactis, articulo 1. num. 9. item de donatione facta Deo, vide Barbo. in rubrica, ff. soluto matrimonio, 2. parte, num. 94. & seq.

In donatione autem facta minori, Infanti, etiam absentis, quod non eget acceptatione, ut fiat irrevocabilis, vide Gutierrez consil. 20. per totum, Narbonam de arate ad omnes alios requisiti, anno 25. question. 13. numer. 10. & 11. & alios relatos ab Hermosilla de leg. 7. titulo 4. part. 5. glossa 4. numer. 14. Item tamen de donatione facta à minore, agit idem Narbona supra question. 11.

Circa donationem verò taliter factam, quod post mortem donatarii veniat ad Tertium, an talis donatio post acceptationem primi donatarii possit revocari in præjudicium illius Tertii, saltem de consensu ipsius primi donatarii: vide plures Doctores quos in unum congerit Valdesius ad Suarez in leg. quædam in prioribus, quæst. 8. littera A. Molinam de primogeniis, lib. 4. cap. 2. num. 73. & sequentibus. Cavallos quæst. 249. Cancercium varia. 1. parte, c. p. 8. ex numer. 52. & 3. parte, cap. 7. num. 257. & alios, ferè infinitos quos refert Castillo lib. 4. controversiarum, cap. 5. ex numer. 21. & Hermosillam, in leg. 7. titulo 4. part. 5. glossa 4. ex num. 1. ubi plures Doctores pro utraque parte refert: & tandem concludit posse revocari talem donationem in præjudicium illius Tertii, præterquam in tredecim casibus, seu limitationibus, quas ibi congerit; & numer. 18. agit quid in aliis contractibus: eum vide & Castillo, supra, & D. Larream decis. Granatens. 91. ex numer. 7. Thomam Sanchez lib. 1. consiliorum, c. 6. dubio 1. vide etiam infra, num. 12.

Circa interpretationem vero Text. in l. quæties, Cod. de donationibus que sub modo, qui est capitalis in hoc casu, videndi sunt præter supra allegatos, Molina de primogeniis, lib. 5. cap. 12. ex num. 1. & cap. 6. numer. 37. Cavallos tom. 3. quæst. 783. Suarez allegatione 19. numer. 4. & in titulo de las herencias, numer. 21. & in consilio 9. Joannes Gratianus regula 410. Fachinus lib. 8. controvers. cap. 88. & sequent. Soula in l. femina, ff. de regul. juris, 1. parte, n. 256. ubi quod hoc jus Tertio competens transferatur ad hæredes, si is primo donatario vivo moriatur, Valacosa de iure emphyteutic. questione 50. numer. 44. Costa de majoratu honorum Regia corona, num. 6. & seq. ubi etiam quid si ille Tertius moriatur vivo donatario; Pichardus in §. alteri, Institut. de inutilibus stipulationibus, ex num. 24. Barbosa in l. 2. ff. soluto matrimonio, 1. parte, num. 148. & 2. part.

ex num. 9. & in leg. 8. 2. parte, ex num. 9. Gutierrez lib. 2. questione 51. Hermosilla dicta leg. 7. glossa 2. 3. & 4. & glossa 1. ubi etiam de revocatione incontinenti facta, & iterum in l. 8. eodem titulo 4. part. 5. Thomas Sanchez in consiliis moralibus, libro 6. dubio 1. apud quos dictam materiam latissime disputant, reperies, & vide etiam D. Larream d. decis. 91. num. 9. & 10. Noguero. alleg. 1. num. 63.

Ad num. 3. ibi: In quo subtrahit, & notabili articulo, &c.

Si donatio, vel alius contractus fiat per procuratorem, & donans, vel contrahens velit eam revocare, revocatio debet intimari ipsi procuratori, & alteri contrahenti, ut valeat, præterquam in dominio transferendo, vel matrimonio contrahendo, cum enim hæc pendente ex mera voluntate revocantis, ea cessante cessant; si verò donatio fiat per nuntium, statim valet revocatio; ita Gomezius in præfati, & sic etiam docent Fabianus de emptione 3. questione primæ spali, numer. 25. Betta. clausul. 5. gloss. 1. numer. 3. Mantica de conventionibus, lib. 7. titulo 21. & sequentibus, usque ad finem libri, ubi latissime agit de omni revocatione procuratoris tacita, vel expressa, Tulchus litera P. conclus. 861. & 862. & litera M. conclusio 65. & litera R. conclusio 324. Matienzo in leg. 16. titulo 11. libro 5. Recopil. gloss. 1. num. 3. Molina de iustitia tom. 2. disputat. one 263. ex numer. 4. late Hermosillam in leg. 48. tit. 5. part. 5. glossa 5. numer. 24. Menochius de recuper. remedio 1. ex numer. 273. Thomas Sanchez de matrimonio, libro 2. disputat. 11. num. 7. & lib. 3. disputat. one 5. ex numer. 11. Bolanus in Curia Philip. 2. parte. §. factores, numer. 49. Gratianus disceptatio num. cap. 18. & 505. apud quos reperies quomodo revocatio procuratoris intimanda, vel publicanda sit, maxime apud Mantica, & Tulchum in locis citatis, & Cancerc. varia. 2. parte, cap. 14. num. 173. & sequentibus, & iterum Sanchez lib. 1. disput. 6. ubi de revocatione ex morte mandantis procedente.

Hujusmodi procuratori revocato facta solutio an liberet debitorem? videndi sunt Mantica de conventionibus, libro 7. titulo 36. num. 5. Gratian. discept. tom. 1. cap. 17. & cap. 127. numer. 35. Escobar de ratiocin. cap. 19. num. 48. & c. 23. numer. 58. ubi numer. 57. de solutione anticipata agit, Olualdus ad Donellum lib. 5. cap. 18. Pichardus in §. eodem ratione, Institut. quod eo qui in aliena potestate, &c. num. 21. & in disputatione judicatum solvi num. 59. Signenca de clausulis, cap. 36. num. 8. Bolanus in Curia Philippica, §. factores, 2. parte, cum. 47. & §. paga, numer. 7. iterum Gratianus cap. 505. Avendañ. tit. de las exceptiones, numer. 29. Grassis de exceptionibus, exceptione 25. ex num. 53. Scaccia de commercio, §. 2. glossa 5. numer. 27. & 401. & sequentibus, ubi etiam de revocatione tacita agit Salgado in labyrintho 1. parte, cap. 27. num. 108. & seqq. ubi etiam alia & cap. 38. ex num. 28. & 2. parte, cap. 9. num. 112. ubi etiam de inlitore sermonem facit.

Ibi: Hodie tamen de jure Regio, &c.

Diximus jam de hoc num. pro procedenti.

Ad num. 4. ibi: In quo articulo breviter, & resolvive dico, &c.

Donans simpliciter rem, tantum jus, vel partem quam in ea habet, videtur donare. si verò res est penitus aliena, & donatio incipit à traditio-



ne, tantum usum, vel detentationem videri donatam; si vero incepit a promissione, evictionem locum habere, ut hic resoluitur, docent Suarez *lib. 7. numer. 3.* Tuschus *litera D. conclusio 6. 5.* ubi etiam de donatione rei fideicommissi subiecta; Mantic. *de Tacitis convent. lib. 13. tit. 2. 1. numer. 5.* & *seq.* ubi latissime explicat: & *num. 18.* agit quid si res aliena donata postea ceperit esse donatoris, Cancr. *variar. 1. parte, cap. 8. numer. 71.* & *seq.* Barbol. *in l. divorzio, ff. solut. matrim. 2. parte, n. 81.* ubi an qui donat fundum videatur donare fructus pendentes; Hermof. *in l. 32. tit. 1. 5. parte, 5. gloss. 1. numer. 67.* Guzman. *de evict. quest. 25. numer. 58.* & *seq.* ubi etiam comprobatur resolutionem nostri Gomez. *in praesenti,* & tradit differentiam donationis, & legati. Sed quatenus ad evictionem, quam hic considerat Gomezius, videnda sunt, quae diximus supra *cap. 2.* ubi evictionem non habere locum in donatione cum pluribus Doctoribus asseruimus indistincte.

6 Ad num. 5. ibi: *Ex quo colligit, & inferes maximam differentiam, &c.*  
De differentia quam considerat Gomezius hoc namer. inter legatum & donationem, idem affirmant, & comprobant Doctores supra allegati numero precedenti, maxime Guzman. *numer. 60.* & sequentibus, vide etiam Farinacium *decis. 136. libro 1. in additione litera C.*  
Ibi: *In dubio autem si simpliciter quis tradat, &c.*

In dubio donationem non esse presumendam, sed depositum, commodatum, vel mutuum, ut hic resoluit Gomezius, docent, & comprobant latissime Tusch. *litera D. conclus. 652. & seq. & lit. C. conclus. 613.* ubi de habitante domum sine conventionie pensionis. Mascardus *de probationibus, litera D. conclus. 551. per totam,* ubi satis prolixè materiam prosequitur, Mantica *de Tacitis conventionibus, libro 13. tit. 9. & seq. usque ad tit. 21.* Cancr. *variar. 2. parte, cap. 8. numer. 106.* Barbofa *axiomate 77. per totum,* Gratianus *discept. cap. 782. numer. 14.* ubi an donatio sit favorabilis? Menochi. *de praesumpt. libr. 3. praesumpt. 30. & seq. usque ad praesumpt. 34.* Barbofa *in l. si alienam, ff. soluto matrim. ex numer. 88.* Pichard. *Instit. hoc tit. in rubrica, numer. 15. & in principio, quibus non est permittum facere testamentum, n. 2. 66.* & quid inter conjunctos; an inter eos presumatur donatio? Barbofa *in l. quae doli, d. tit. ff. de soluto matrim. ex numer. 24.* late ubi etiam de permittente rem suam vendi, & *in leg. Lucius, & leg. post dotem ibidem, ex numer. 17. & in l. 1. parte 4. numer. 118. & leg. 8. §. quod in anno, ubi an donatio intelligatur tantum de prima vice? D. Larrea *decis. Granat. 66. ex numer. 1.* ubi etiam dictam resolutionem procedere ait in pia causa.*

7 Ad numerum 6. ibi: *Et breviter, & resolutivo dico, &c.*  
Insinuationem requiri in donatione excedente quingentos solidos, resoluit Gomezius *in praesenti,* ubi etiam formam insinuationis adducit; & ita etiam docent Mozius *de contractibus, titulo de donationibus, capite de substantialibus donat. numer. 7.* Cujacius *in paratitulis ad hunc tit. numer. 50.* Anton. Gabriel. *eodem titulo, conclusio 1. numer. 1. & sequenti.* Gratian *discept. cap. 343. numer. 3.* ubi quod insinuatio non requiritur si deductis expensis gabelle non remanent quingenti solidi, & *cap. 355. ubi plura congerit, &c. 531.*

ubi quod non potest fieri donatore mortuo, vel invito, & alia: & *cap. 783. numer. 25.* ubi quod ante insinuationem non acquiritur dominium donatio, etiam si res tradatur, & quid si donator decedat ante insinuationem? Petrus Gregorius *in synagoga, lib. 28. cap. 13.* Cavallos *questio 222.* Azevedus *in leg. 1. tit. 10. libr. 5. Recopil. numer. 8.* ubi quod donatio Regis, non requirit insinuationem, & *in l. 2. tit. 6. numer. 14.* ubi quod etiam eam non requirit donatio facta a patre filio, Barbofa *in l. 1. ff. soluto matrimonio, 1. parte, numer. 12.* ubi quod donatio ex causa dotalis non eget insinuatione, & *7. parte, ex numero 40. cum seqq.* ubi de donatione propter nuptias, vel causa studiorum, & *in l. 2. 1. parte, ex numer. 161.* Matienzo *in leg. 1. tit. 2. lib. 5. Recopil. gloss. 4. numer. 4.* ubi quod non requiritur in dote: & *in gloss. 3. ibidem numer. 20.* ubi alios casus enumerat, in quibus non requiritur; & *in leg. 7. tit. 6. gloss. 3. numer. 2.* ubi an requiritur in melioratione Tertii & Quinti? & ibi etiam quod non requiritur quoties ex futuro eventu pendet an donatio excedat summam quingentorum solidorum; & *in l. 7. tit. 1. gloss. 6. n. 6.* ubi quod ejus omisio viciat donationem in eo dumtaxat quod excedit summam quingentorum solidorum; quod etiam ex pluribus comprobatur Salgad. *in labyrintho part. 2. c. 4. ex n. 44.* Farinacius *in fragmentis, verb. Lex. numer. 232. & in consil. 41.* Cancr. *variarum, 2. parte, cap. 8. ex numer. 1. late, & an in perpetuum possit fieri insinuatio? Gratianus discept. d. tit. cap. 783. numer. 33. & cap. 750. ex numer. 14.* ubi an possit fieri per minorem? latissime etiam Tusch. *lit. D. conclusio 646. & seq. Borel, in summa decis. tit. 11. de insinuat. donat. lib. 3. numer. 4. & n. 40.* ubi alios refert. Mastrill. *decis. 94. numer. 14.* & alii plures in unum congesti ab Hermofilla *in l. 9. tit. 4. part. 5. gloss. 1. n. 27.* ubi numer. sequentibus, & per totam legem, materiam latissime prosequitur cum ampliationibus, & limitationibus, ubi *glossa 17.* cum multis docet, quod non requiritur in insinuatione decretum Judicis, quod etiam comprobatur Amaya *in l. 1. C. de apochis publicis, lib. 10. numer. 20.* & an requiritur citatio, & an post mortem donatoris, seu donatarii fieri possit, & an in heredem transeat facultas insinuandi rem omnino videas *in dict. glossa 17. & D. Larrea decisio Granat. 66. ex numer. 20.*

De valore autem solidorum de quibus in praesenti fit mentio, late agunt Parladorius *differentia 144.* Escobar *de rationibus, lib. 2. computatione 25.* Matienzo *in leg. 4. glossa 1. numer. 6. tit. 24. lib. 5. Recopil. Scaccia de commerciis, §. 2. glossa 3. numer. 13.* Pichardus *in §. 1. Institut. hoc tit. numer. 12.* Gratianus *disceptationum, cap. 51. numer. 14.* & alii plures adducti per ipsum Hermofillam *in dicta leg. 9. tit. 4. part. 5. glossa 24. per totam,* ubi omnes opiniones refert; & tandem, *numer. 10.* magis juri consonam videri asserit opinionem Parladorii supra, existimantis solidum efficere sexdecim nummos argenteos regales; unde necessaria non erit insinuatio in donatione quae non excedit octo mille nummos regales argenteos, ac demum in consulendo sequendam aie opinionem Covarruv. & Escobar, tanquam justiore, nempe donationem excedentem summam 242500. marapetinarum insinuandam, ut litium occasio tollatur.

Ad num. 7. ibi: *Item adde quod licet insinuationi non possit renunciari, &c.*  
Dictae insinuationi non posse renunciari, nec valere

valere clausulam solitam apponi in scripturis, nempe quod toties donationem facit, quoties summa donata excedit quingentos solidos, imò & si plures res singulatim exprimantur in donatione, ut hic resoluitur, docent Clarus *Recepturum, §. donatio, quest. 17.* Gutierrez *de juramento confirmat. 3. parte, cap. 7. n. 17.* Gratian *discept. cap. 375. numer. 1. & in cap. 474. numer. 7. tom. 3.* ubi alia adducit, Mantica *de Tacitis conventionibus, libro 13. tit. 24. ex numer. 1.* Molina *de justitia, tom. 2. disputatio 28. & plures referens Hermofilla in leg. 8. tit. 4. parte 5. glossa 1. ex numer. 29.* Matienzo *in l. 7. tit. 10. glossa 6. n. 4. lib. 5. Recopil. Cavall quest. 222. numer. 16. nbi numer. 11.* cum aliis ait donationem nullam ex defectu insinuationis, posse a principe confirmari etiam in prejudicium donantis.

9 Ad num. 8. ibi: *Unum tamen est, &c.*  
Donationem excecivam juramento confirmari, ut hic resoluit Gomezius, docent Mozius *de co. in. d. tit. 1. §. 1. de donatione, cap. de substantialibus donat. numer. 20.* Gratianus *disceptation. cap. 141. ex numer. 97. & tom. 3. cap. 474. numer. 8. & 9.* Gutierrez *in leg. nemo potest, ff. de legatis 1. numer. 321. & in tractatu de juramento confirm. 1. parte, cap. 7. numer. 2.* & plures referens Cavallos *quest. 222. numer. 13. ubi numer. 41.* limitat in donatione facta a Judaeo, quae etiam si jurata indiget insinuatione, Molina *de justitia, tom. 2. disput. 279. vers. licet tamen, &c.* qui & alii relati ab Hermofilla *in leg. 9. tit. 4. part. 5. glossa 1. numer. 18. ubi numer. 19.* alios pro contraria parte adducit circa principalem resolutionem hujus numeri; & tandem tertiam opinionem refert distinguentem, quando in specie insinuationi tenentur cum juramento, ut tunc affirmativa procedat, & quando expresse non fuit renuntiatum insinuationi, & tunc habet locum negativam: sed ab opinione nostri Gomezii non recedit, quam tripliciter limitat, cum vide: & Cancr. *variarum, 1. parte, cap. 8. numer. 5. & seq. & Fachin, lib. 12. controvers. cap. 48.*

10 Ad num. 9. ibi: *Item adde quod etiam sine insinuatione, &c.*  
Quod etiam liberatio sine remissio debiti requirit insinuationem, si excedat summam quingentorum solidorum, ut hic resoluitur, comprobant etiam cum eisdem declarationibus Gomezii Mozius *in dicta tractatu de donationibus, cap. de substantialibus, numer. 17. & 18.* Tiraquell. *in leg. si unquam, verbo, Donatione largiti, numer. 196. & sequentibus.* Clarus *§. donatio, questio 16. numer. 2. & sequentibus.* Covarruvias *lib. 2. variar. cap. 4. numer. 9.* Matienzo plures referens *in l. 7. tit. 10. libr. 5. Recopil. glossa 6. numer. 6.* Cancr. *variarum, 1. parte, cap. 8. numero 4.* Borellus *in summa decis. 3. parte, tit. 11. numer. 93. & sequentibus,* ubi plures etiam refert, & late & optime Hermofilla *in dicta leg. 9. tit. 4. glossa 15. ex numer. 5.* ubi laudat nostrum Gomezium, & ejus declarationes comprobatur, nempe quod debitum sit liquidum etiam si procedat ex diversis causis: & *numer. 8.* etiam ampliat quando sunt plures debitores, & si totum debitum excedat summam quingentorum solidorum, adhuc enim insinuatio erit necessaria, & etiam in donatione facta pluribus personis, si dictam summam excedat: cum vide.

Ad numer. 10. ibi: *Item adde quod donatio ad pias causas, &c.*  
In donatione ad pias causas insinuationem esse

necessariam, praeter quam si fiat pro redemptione captivorum, in qua non est necessaria: Sicut in donatione Principis, seu in remuneratoria, resoluit Gomezius; & docent plures relati per Fontenell. *de pact. nuptialibus, clausula 4. glossa 2. 1. parte 2. numer. 19. & sequentibus.* ubi in donatione facta Ecclesiae, vel pio loco, insinuationem esse necessariam asserunt; sed contrarium, imo in donatione facta Ecclesiae, vel Pio loco, insinuationem non requirit, ut verius tenent Dueñas *in regul. 4. limitor. 6. Clar. §. donatio, questio 17. numer. 1.* Mozius *de donationibus, cap. de substantialibus, n. m. 15.* Matienzo *in l. 7. tit. 10. lib. 5. glossa 6. numer. 13.* Molin. *de justitia, tom. 2. disput. 179. vers. licet tamen, &c.* qui & alii relati ab Hermofilla *in l. 9. tit. 4. part. 5. glossa 12. 1.* etiam docet in donatione pro redemptione captivorum nec scripturam, nec insinuationem requiri, vide etiam Pichard. *in relectione ff. de substitutionibus, cap. 2. numer. 15.*

In donatione etiam Principis insinuationem non requiri, docent Cavallos *quest. 222. numer. 9.* Azeved. *in l. 1. tit. 8. lib. 5. Recopil. n. 8.* Borel. qui alios refert. *1. parte d. tit. 11. ex n. 10.* Molina *de justitia dicta disputat. 279.* & alii plures relati ab Hermofilla *in dict. l. 9. tit. 4. part. 5. glossa 1. ex numer. 36.* ubi latissime prolequitur materiam donationis Principis, & declarat in quibus casibus donationes haec valeant, vel non, & quid comprehendant.

Item in donatione remuneratoria idem comprobatur latissime Agron. Gabriel. *tit. de donationibus conclusio 1. ex numero 59.* Myning. *curia 4. observatio 75.* ubi ait requiri meritum expressionem, Mantica *de covent. libr. 13. tit. 15. numer. 31.* Gratian. *disceptat. 657. ex numer. 51.* ubi an debeat dari donatoris assertioni circa merita? Borel. *3. parte, decis. tit. 9. ex numer. 171.* ubi asserit merita aequivalentia donationi debere reprobari, Cald. *in leg. si curatorum, vers. Contractum fecisti, numer. 19.* ubi etiam de hac donatione facta a minore sine decreto Judicis, & Hermof. *in l. 9. tit. 4. part. 5. numer. 19.* ubi etiam refert Cavallos *dicta quest. 222. numer. 8.* Garcia *de donatione remuneratoria, numer. 5. & sequentibus.* Danellus *lib. 10. commentar. cap. 1. & ibi Osuald. lit. O. Faber de erroribus pragmat. 4. decade 77. errore 8. & seqq.* Gregorius Lopez *in l. 3. tit. 10. part. 2. glossa 2.* ubi etiam an credatur Principi circa benemerita?

Ibi: *Ex quo primum infero, &c.*  
Renuntiationem future successiois sine insinuatione validam esse, secus vero in successione jam quaesita docent Dueñas *in regul. 224. limitatione 14.* Mozius *in tit. de donationibus cap. de substant. numer. 19.* & Hermofilla *in lege 9. tit. 4. part. 5. glossa 15. numer. 17.* & sic in renuntiatione juris de futuro insinuatio non requiritur, ut in exemplis hic positis vide eum, & Molinam *de justitia, rem. 2. disput. 269. numer. 13.* ubi bene explicat. & tradit rationem hujus doctrinae, & falsam dicit quoad renuntiationem medietatis lucrorum constante matrimonio, cum haec pertineant ad uxorem virtute contractus matrimonii, & sic quoad haec lucra contra nostrum Gomezium tenet: cum videas.

Cetera quae ad materiam insinuationis pertinent, videri poterunt per supra allegatos maxime Hermofilla, *in d. l. 9. per totam,* ubi satis prolixè materiam pertractat, post Cancr. *d. c. 8. ex numer. 1.*



12 Ad numerum 11. ibi: In quo articulo magistra- liter, &c.

Donatio perfecta regulariter revocari non potest, nec ei aliqua conditio, modus, seu gravamen apponi, ex text. in l. perfecta. Cod. de donat. oib. que sub modo, & de cujus materia, & explicatione latissime agunt Covarruvias, libro 1. variarum, caput. 14. Molina de primog. libro 3. cap. 11. ex numer. 1. Cavallos tom. 3. questione 783. Suarez allegacione 19. numer. 4. & in titul. de la herencias, numer. 22. & in l. quoniam in prioribus, in declaratione l. Regni, versic. Octavo quaritur, ubi Valdesius plures refert, & conf. 9. & 19. Alvarado de conjeturata mente defuncti, lib. 2. cap. 2. num. 12. ubi quod fundator majorie potest declarare verba dubia fundationis, Barbosa in collect. cap. ex vis, de censibus, ubi an fundator patronatus possit nominare quem voluerit contra tenorem fundationis; Joannes Gratianus in regula 419. Fachinuz lib. 8. controvers. caput. 88. & sequentibus, Gutierrez lib. 2. pract. 6. quest. or. 32. Gratianus disceptationum, cap. 332. & caput. 375. Mantica de conventionibus, lib. 13. titul. 48. Valasco de iure emphiteutico, questione 30. num. 44. Barbosa in reg. 2. ff. soluto matrim. 1. parte, num. 148. & 2. parte, ex numer. 9. & in leg. 8. 2. parte, ex numer. 9. Soula in repetit. l. Penone, ff. de regulis iuri, 4. parte, num. 256. Hermosilla l. 7. tit. 4. parva 5. glossa 3. late; & in glossa 1. & 4. ubi an possit revocari donatio in prejudicium Tertii; & gloss. 2. ubi an incontinenti possit fieri revocatio? ex quibus plures agunt de revocatione in prejudicium Tertii, quod minore difficultatem habet, & latissime Castillo lib. 3. controversiarum, cap. 10. ubi quamplurimos refert, & in libr. 4. cap. 5. ex numer. 10. ubi etiam de renunciatione in prejudicium Tertii, de quo supra, num. 3. versiculo, circa donationem.

Hec tamen Regula limitatur per nostrum Gomezium hic; primò si quis filius non habens donavit alteri bona sua, vel majorem partem eorum, & postea nascantur filii, non istam revocatur donatio ipso jure in totum, si fiat extraneo: si vero fiat alteri filio, & postea nascantur alii, revocatur usque ad legitimam, & si donatio fiat Ecclesie, vel pio loco, vel patri, vel ascendenti a non habente filios, & postea hi nascantur, remanet quintum Ecclesie, vel patri, & ita tenent Tiraquel. in suis a npl. ssmis commentariis, ad l. si in quem, Cod. de revocandis donat. in prefatione, numer. 3. & 4. Mozius de donationibus, cap. 11. numer. 7. Cujacius observationum, lib. 20. observatione 5. Vivius decisum, 404. ex numer. 3. & decisum 414. numer. 4. & sequent. Cancercius variarum, 1. parte cap. 8. ex numer. 125. & 3. parte, cap. 21. numer. 132. ubi quod jus revocandi transit ad hæredes hoc casu, & numer. 159. & leg. Fachinuz lib. 3. controversiarum, cap. 87. & alii plures relati ab Hermosilla, in leg. 8. titul. 4. part. 5. glossa 2. inter quos (ut ipse testatur) maxima est controversia, an quando donatio facta ab habente filios revocatur nativitate aliorum, intelligatur revocatio fieri ex dispositione dictæ l. si in quem, & an locum habere possit? Gutierrez, in cap. quæritur postum, numer. 28. ubi an prædicta lex habeat locum in renunciatione hereditatis? Molina de primog. lib. 1. cap. 1. Cavallos questio, 2. numer. 28. ubi quod prædicta lex habeat locum in legitimatis, & in questio, 104. & 105. & 720.

Castillo in l. 12. Tauri, & in l. 19. verbe, La otras donaciones, & in l. 50. in principio, ubi quod prædicta legi non potest renuntiari, Valdesius in addit. ad Suarez in leg. quoniam in prioribus, ampliatione 10. in additione ad numerum 68, ubi an hæc lex habeat locum, si filius consentiat in gravamine legitime; idem Suarez conf. 9. num. 10. & 11. & in conf. 10. numer. 34. ubi quid in donatione remuneratoria? Menochius de arbitrat. casu 133. ubi quod res parva non revocatur ex dicto Text. de quo etiam Tiraquel. in tract. de rebus exiguis, pagina mibi 66. Ofualdus ad Donellum libro 14. caput. 32. ubi late Gratianus regula 140. ubi per ampliationes, & limitationes optime materiam declarat, Bæzza de dote, cap. 9. quasi per totum, & cap. 10. ex numer. 101. & cap. 13. numer. 6. & 11. ubi de filiis naturalibus, & cap. 16. numer. 6. ubi an dicta lex procedat in donatione juris patronatus? & cap. 29. numer. 11. ubi quid si interveniat juramentum? & cap. 32. num. 6. ubi an in hoc casu dos revocetur constante matrimonio? Castillo plures refertens lib. 4. controversiarum, cap. 31. ex numer. 93. Medices in tract. moris omnia solvit, conclusio, 36. ubi an hæres possit petere hanc revocationem? Matienzo in Dialogo, 3. part. cap. 17. ubi quid si donatio facta fuit amico? Mantica lib. 12. de conjeturis in iuram. voluntatum titul. 2. num. 34. ubi an dicta lex procedat in legatis? Alvarado de conjetura mente defuncti, libro 4. cap. 1. ex numer. 35. Barbosa in leg. 2. parte 1. ff. soluto matr. numer. 160. & sequent. ubi de pacto de lucranda dote, & donatione ex causa dotis, & melioratione Tertii, & Quinti, an revocentur ex superveniencia liberorum? & alia, & in l. si ab hostibus, ibidem, num. 16. Morquecho de divisione bonorum lib. 3. cap. 5. ubi de fructibus rei donatæ in hoc casu. Valasco confult. 31. ubi an hoc remedium transeat ad hæredes? & alia, Burgos de Paz, in 1. numer. 63. ubi an procedat dicta l. in renunciatione hereditatis? & alia Mexla in casibus tit. 1. q. 1. & 9. num. 32. ubi quod susceptis a donatore filiis, donatarius tenetur in conscientia restitueræ bona donata, Molina de justitia, tom. 2. dispart. 2. 2. & 283. ubi bene materiam explicat, & comprobat distinctionem nostri Gomezii, & Hermosilla in l. 8. titul. 4. parte 5. ubi per diversimodas omnes questiones resolvit, quem omnino videas.

Ibi: Quoniam tamen si quid sit donat. &c. Renuntiationem dictæ legis valere ad hoc ut si filii nascantur, tantummodo revocetur donatio usque ad quantitatem legitimæ, etiam si donatio facta fuerit extraneo, ut docet Gomezius, probat Covarruvias in rubrica de restituitis, parte 1. §. 4. numer. 3. Clarus §. donatio, questio, 22. numer. 4. Gutierrez de juramento confutum, 1. parte, cap. 9. num. 20. Cujacius lib. 20. observationum, 5. & alii plurimi relati ab Hermosilla in dict. l. 8. gloss. 2. numer. 3. ubi numer. 9. alio pro contraria parte adducit, & tandem primam veritorem dicit, quam nunc in sequentibus ampliat, & limitat, & agit quid si renuntiatio fuit generalis cum juramento? & vide Cancercium jurat. 3. part. cap. 21. ex numero. 139. & alios relatos supra hoc numero.

Ad numerum 12. ibi: Sed contra est tenendum, &c.

Donationem convalescere si filii vivo patre decedant, dum modo pater pcc tantum tempus postea vixerit, quod in eo poterit donationem renuciare si voluisset, docet Gomezius in presentia

ti, & ita etiam resolvunt Clarus §. donatio, questione 23. numer. 9. Gratianus regula 150. num. 5. Molina de justitia, tom. 2. dis. ut. 282. numer. 8. ubi explicat dictam resolutionem procedere, si donans post nativitatem filiorum ipsorumque mortem patitur donatarium bonis donatis frui, nec illa repetat, tunc enim, ait, donatio reviviscit, seu nova præsumitur, aliàs secus: quod etiam videntur sentire illi ex supra allegatis: Mozius de donationibus, capite ultimo, num. 9. Ofualdus ad Donellum, lib. 14. cap. 38. litera H. cum aliis docent quod quando donator res donatas donatario non tradiderit, retinendo eas videntur reprobare, & revocare donationem; sed quando res sunt penes donatarium, & eas donator non vindicavit ab eo, contrarium dicendum asserunt, decedentibus filiis quia præsumitur donatio renovata, ut testatur Hermosilla in dicta leg. 8. glossa 11. num. 9. qui & gloss. 9. ibidem, numer. 12. ait, quod donatio non censetur renovata, ex eo solum quod donator diu vixit post mortem filiorum, & potuit donationem revocare, & non revocavit; & addit quod jus revocandi donationem ad hæredes extraneos transit, si filius qui donationem sua nativitate revocaverat, vivo donatore decedat.

Magna item est controversia inter Doctores, quid dicendum sit de fructibus donatione revocata nativitate filiorum? & magis placuit eos pertinere ad donatorem à die nativitatis filiorum; & ita docuerunt Sordus decis. 25. numer. 23. Gratianus, disceptation. cap. 207. ex numer. 34. & plures refertens Hermosilla in lege 8. titul. 4. parte 5. glossa 10. numer. 9. quod secus erit in fructibus jam antea perceptis, ut ipse docet num. 10.

Cetera circa revocationem donationis propter nativitatem filiorum, videri poterunt per Tiraquel. & reliquos supra citatos, maxime Hermosillam in dicta l. 8. per totum.

14 Ad num. 11. ibi: Secundum casus, &c.

Quod donatio etiam revocatur tanquam inofficiosa, quando facta in prejudicium legitime filiorum, & revocatio fiat in totum si est inofficiosa re, & consilio, & facta extraneo, si vero alteri filio, usque ad legitimam: & idem si facta fuit extraneo, & si re tantum inofficiosa, resolvit Gomezius in presentia, & docent Clarus de captivitate, §. donatio, questione 25. ex numer. 2. Covarr. lib. 1. variar. 29. numer. 17. Fontanel. de partu nupt. Clausula 5. glossa 8. parte 2. ex numer. 22. Gutierrez de juram. confirm. 2. parte cap. 9. numer. 11. Menchac. de success. creat. autb. unde si parent. Cod. de iustitia, testamento, numer. 11. Gratian. discept. for. cap. 751. & 729. ex n. 1. ubi declarat quando dicatur donatio inofficiosa re & consilio, Suarez in l. quoniam in prioribus, in evidentialibus, num. 16. & ampliatione 7. ibid. num. 15. ubi Valdesius, & in limitatione 16. omnino Tafch. lit. D. conclusio, 634. & 685. Cancercius var. 1. parte, cap. 8. ex numer. 119. & 3. part. cap. 23. numer. 231. ubi quod transmittitur ad hæredes jus revocandi, & n. 143. Ofuald. ad Donell. lib. 19. cap. 11. Fach. lib. 5. controver. c. 84. Pich. in §. item si quis in fra idem, instit. de action. ex n. 15. Bæzza de dote, cap. 9. ex n. 32. Barbosa in l. 2. ff. soluto matrim. 1. parte, numer. 168. & 171. & in l. qui doris, num. 22. & seq. eodem rit. Castillo lib. 4. controver. c. 31. n. 16. & 92. Moli. de justitia, tom. 2. dis. 283. n. 11. & seq. & latissime plures alios refertens Hermosilla in dict. l. 8. tit. 4. part. 5.

gloss. 11. & 13. per totum, ubi bene declarat, ampliat, & limitat; & agit late de donationibus modicis factis à parentibus in vita; & an sint in Quinto computandæ? & numer. 22. cum Mieres de majoribus, 3. parte quest. 25. num. 14. & 15. & Alvarado de conjetura mente defuncti, lib. 2. cap. 3. §. 1. numer. 25. & Ayora de partitionibus, 1. parte, cap. 3. numer. 10. & aliis docet fructus partis inofficiosa non esse restituendos, cum vide omnino, ibi, & numer. 21. & 22. dicta gloss. 13. ubi ampliat quod filius possit petere revocationem donationis inofficiosa, etiam si sit hæres patris: & numer. 27. & sequent. agit, quid si tempore donationis ipsa non erat inofficiosa, est autem tempore mortis patris? & de jure communi duas opiniones contrarias refert; & tandem numero 29. de jure Regio tempus mortis esse inspiciendum ait, juxta l. 19. Tauri, quæ hodie est l. 3. tit. 6. lib. 5. Recopilacionis, vide etiam Gratianum discept. cap. 729. n. 23. & per totum, ubi alia.

Ad num. 14. ibi: Tertius casus, &c.

Etiam ob ingratitudinem posse revocari donationem, ut hic resolvitur, docent casus quoque ingratitudinis explicantes, Mozius in tract. de donationibus, cap. quomodo ad revocetur donatio, num. 20. Peregrinus de iure sicuti, l. 2. tit. 8. num. 6. & 11. Tufchus lit. D. conclusio, 711. Molina de primogeniis, lib. 1. capite 9. numero 31. & lib. 4. capitulum numero 43. & sequent. alter. Molina de justitia tom. 2. dis. 281. per totum, ubi bene explicat, Mantica de tacitis conventionibus lib. 11. tit. 41. ubi late probat non valere pactum quod donatio ob ingratitudinem non revocetur, & numer. 10. & seq. ampliat, etiam si addit juramentum in hoc pacto. Gutierrez confult. 24. late iterum, Mantica de conjeturis ultimam volunt. lib. 12. tit. 5. num. 17. ubi quid in donatione remuneratoria? Neguerol. allegacion. 6. num. 86. ubi quod donatio ob causam, non revocatur ob ingratitudinem. Bæzza de debitore, cap. 13. num. 8. ubi de ingratitudine Univerfitatis & cap. 20. num. 6. ubi quod donatio remuneratoria non revocatur ob ingratitudinem, de quo etiam Alvarado de conjeturata mente defuncti, lib. 2. c. 2. §. 1. num. 113. Mascard. conclus. 808. verb. Ingratitudo, ubi latissime explicat, quomodo hæc probetur; Matienzo l. 7. tit. 10. gloss. 5. num. 1. & 2. Recop. & in l. 3. tit. 1. gloss. 2. n. 7. ubi de secundò nubente, an possit revocare donationem factam filiis primi matrimonii? & plures refertens, & bene explicans Cenedus in collectione 57. ad decretal. 1. Ofualdus ad Donellum lib. 14. caput. 27. Castillo l. b. 3. controversiarum, cap. 10. num. 59. Morquecho de divisione bonorum, lib. 3. cap. 5. num. 9. ubi cum Tiraquello in l. si unquam, verb. Revertatur, numer. 272. & aliis docet quod fructus à tempore ingratitudinis commissi restituendi sunt, & latissime Hermosilla in l. 10. tit. 4. parva 5. gloss. 1. per totum, ubi ampliat, & limitat, & gloss. 2. ubi ingratitudinis causas refert, & eorum materiam exornat, & numer. 17. 18. & 19. ubi de causis ex quibus pater, vel mater secundo nubens potest revocare donationem factam filiis, de quo etiam D. Joseph. Vela dissertatione Hispanensi 7. num. 40. & n. 20. & seq. probat ipse Hermosilla, etiam ex causis similibus, vel majoribus expressis in lege, posse revocari donationes, & glossa 7. late explicat pactum de non revocando ob ingratitudinem non valere, & nec juramento confirmari, si dolus sit verus, secus si præsumptus; & quid si plures sint donatores, vel donatarii, & unus committit, vel con-



tra unum commissa fuit ingratitude? & glof. 8. per totam, agit, an hoc jus revocandi donationem ob ingratitude transeat ad heredes vel contra heredes? & late ampliat, & limitat, comprobans in omnibus resolutionem nostri Gomezii, & num. 8. & 9. explicat quid dicendum in legato, vel in institutione heredis, an revocetur ob ingratitude? & n. 16. & 17. & 18. probat contra tertium possessorem dari conductionem ex lege, revocata donatione.

Simili modo vidimus quod propter ingratitude, filii iterum rediguntur in patriam professam, ut constat ex l. unica, C. de ingra. liber. ubi Cujac, & lib. 10. observat. cap. 33. Donel. lib. 2. commentar. cap. 17. & ibi Ofuald. lib. C. & cap. 24. lit. H. & similiter videmus quod ob eandem ingratitude servus qui libertatem fuit consecutus, in servitute reducitur, preterquam si propriis numeris fuit redemptus, veluti si eos alicui dederit, ut emat illum a domino, & manumittat, hoc enim casu licet ingratitude committat, non poterit accusari ut ingratus, quia nullum beneficium accepit a manu missore, ut explicat D. Franciscus de Amaya lib. 2. observat. c. 4. num. 41. ubi num. 42. & seq. probat quod etiam filii liberti, qui libertatem adeptus est & ingratitude commisit, in servitute rediguntur, dummodo non fuerint nati tempore quo pater libertate gaudebat, & ibi num. 43. & seq. explicat, & exornat text. in leg. 2. Cod. de libertis, & eorum liberis, que omnia & alia procedunt ex fœditate ingratitude, de qua & eius gravitate videre poterit Petr. Crinit. lib. 2. poematum de fugiendis ingratis, Hippolytum de Marfilis singulari 411. per totum & Doctores in l. fin. C. de revoc. don. & plura per D. Larr. de off. Grant. 2. num. 11. & Amayam lib. 2. observation. cap. 6. late post alios ab eis relatos Cenedum in coll. 57. ad Decretal. n. 2.

Et in dicta l. 10. glof. 8. num. 19. & 20. & seq. disputat ipse Hermosilla quid si donatarius ante revocationem rem hypothecavit: & quid dicendum de fructibus? & alias: eum omnino videas & Mortam in emporio tit. 1. questione 9. num. 33. ubi quod cum hæc revocatio sit pœna, non debetur ante iudicis condemnationem, de quo etiam Molina de iustitia, tom. 2. disputatione 281. vide etiam de materia hujus numeri Barbofam in leg. 2. ff. soluto matrimonio, 1. part. ex num. 118. usque ad 138. & quod si ingratus decedat ante litem contestationem? ibidem ex num. 134. & alia plura, idem Barbofa in leg. si ab hystibus, §. finali, ex num. 11. ubi etiam cui applicetur donatio revocata ob ingratitude? & Augustinum Barbofam in collectione ad capitulum ultimum de donationibus, ubi etiam plures refert, & optime materiam explicat.

Quid autem si donatarius protulerit in donatore verum convictum? videri poterunt Covarruvias lib. 1. variarum, cap. 11. numer. 6. Clarus §. injuria, num. 15. post Ripam in l. fin. C. de revocandis donationibus, num. 23. & 29. & Hermosilla supra Cenedum, in Collectione 57. ad Decretale, num. 5. & que infra dicentur, tom. 3. cap. de injuria.

Ibi Quinta, si modum, vel conditionem, &c. Donationem posse revocari ob non impletum modum, ut resolvit Gomezius, docent Covar. lib. 1. variarum cap. 14. num. 6. Mieres de majoratibus, 2. part. quest. 4. illatione 8. num. 193. & sequentibus, Mantica de conventionibus, lib. 22.

titul. 4. ex numer. 6. Barbofa in Colellan. cap. 4. de conditionibus apostolice, num. 2. ubi de donatione modali facta Ecclesie non revocanda; & late explicans Hermosilla in l. 6. tit. 4. partia 5. glof. 1. ubi num. 3. & seq. cum aliis docet, quod si modus casu deficit, donatio non corrumpitur, sed debetur, si modus deficit casu per Tertium, in cujus persona impleri debeat, secus vero si in persona illius, qui implere debebat, ut quia moriatur ante modum impletum, quia tunc non debetur donatio, licet aliud sit in conditione; & num. 7. late agit quando donatio dicatur modalis, seu conditionalis, & num. 24. docet quod si aliquis donationem fecerit, cum pacto quod donatarius eum alere debeat, si talis donatarius eum alere recusat, retrò transfertur dominium rerum donatarum ipso iure in donatorem, & non potest mora purgari: quod etiam asserit Surdus ab eo relatus in tractatu de Alimentis, tit. 2. quest. 48. num. 65. & seq. & conf. 473. num. 3. ubi hoc esse speciale favore alimentorum dicit; & tit. 8. privileg. 47. & 61. & tit. 9. quest. 4. ubi quid si medio tempore fuerit jus acquisitum Tertio in ipsa re; de quo ipse Hermosilla l. 10. d. tit. 4. glof. 3. num. 17. & etiam Carran. de part. legit. ap. §. 4. num. 67. vide quoque Noguer. allegat. 6. ex num. 65.

Et adde quod ingratitude, ob quam donatio potest revocari, remissa videtur ex aliquibus conjecturis, de quibus egimus, cum de exheredatione loquebamur sup. d. tom. 1. cap. 12. An autem per ingressum Religionis ingratitude deleatur? vide Rodericum Suarez allegat. ante 25. ubi Valdesius, & Barbofa, Hermosilla supra.

Ad num. 15. ibi: Et resolutio dicit, &c. 16

Donationem non valere quando est omnium bonorum, item quando fit inter patrem, & filium, vel inter maritum, & uxorem competentem est, & de duobus modis posterioribus infra agendum est: de donatione autem omnium bonorum, videri poterunt Duernas in reg. 29. Fachinæus lib. 6. controversiarum cap. 85. & sequentibus, & ibi: cap. 94. & 95. de donatione hereditatis, Covarruvias variarum lib. 3. cap. 12. Mantica de convention. lib. 13. tit. 16. & plura sequentibus. Cancercius variarum cap. 8. ex num. 98. & 209. Borellus qui plures refert in summa omnium decis. tit. 10. part. 3. num. 310. & Castillo lib. 4. controversiarum cap. 53. numero 3. latissime Hermosilla in l. 9. tit. 4. part. 5. glof. 1. per totam, qui alios quam plurimos refert, & materiam optime declarat; maxime ipse Hermosilla, qui ex num. 41. late explicat quid comprehendatur in generali concessione, seu alienatione? de quo etiam Cancercius 3. part. c. 21. num. 160. Tuschus littera D. conclus. 648 & seq. & vide novissimè Salgadum in labyrintho 2. parte, cap. 4. num. 66. ubi quod cum ad valorem hujus donationis requiratur quod aliqua bona referantur ad disponendum, si postea hæc bona reservata donentur, hæc secunda donatio non valet, quia abstulit testandi facultatem contra juris dispositionem: & part. 2. cap. 18. num. 33. ubi cum Claro, & aliis probat, reservatorem bonorum factam à donante omnia bona, ad disponendum de eis, intelligi ad disponendum causa mortis; non inter vivos; vide eum, & Clarum supra, §. donatio quest. 16. num. 8. & D. Larream de off. Granaten. 10. ubi plura, & de off. 66. ex num. 10.

Ibi: Pro cuius perfecta declaratione dico, &c. Donationem

Donationem causa mortis illam dici que fit occasione mortis futuræ, vel instantis periculi, & quod præcisè requiratur quod fiat mentio mortis, ut talis donatio dicatur, docent Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 1. tit. 12. numer. 5. & seq. Baccæ de dot. cap. 10. ex num. 18. Clarus §. donatio, quest. 41. Borellus in summa decis. tit. 10. ex num. 32. Matienzo, in l. 7. tit. 10. lib. 5. glof. 1. num. 1. Molina de iustitia, disputat. 87. Tuschus littera D. conclusione 661. cum unacum sequentibus, ubi late materiam prosequitur, Covarruvias in rubrica de testament. 3. part. num. 25. Pichardus in principio, Institut. de donation. num. 2. & per totum, Farinacius quest. 175. num. 355. ubi quod donatarius ex causa mortis capit rem propria autoritate, Gutierrez de jurament. confirm. 1. part. cap. 12. num. 18. Menochius de presump. lib. 5. presump. 35. num. 3. ubi optime probant quod requiratur mentio mortis, vel instantis periculi, Barbofa in leg. que dicitur, ex num. 85. ff. soluto matrimonio, ubi quod si ex actis constat, quod mortis causa voluerit donare, erit donatio causa mortis, licet in ea mentio non fuerit facta: in quo novem conjecturas congerit ipse Menochius dist. presump. 16. ex quibus presumitur donatio causa mortis, licet de morte non fuerit facta mentio: vide eum, & Matienzam d. l. 7. glof. 1. num. 2. & seq.

Sicut è contra licet mentio mortis fiat, tamen donatio inter vivos dicitur intelligitur, in pluribus casibus, quos congerunt Mascardus de probationibus, conclusione 562. ex numer. 2. Menochius dist. lib. 3. presump. one 35. per totam. Cancercius variarum 2. part. cap. 8. num. 215. & seq. Gratianus disputat. cap. 657. ex numer. 1. Fachinæus lib. 5. controversiarum, cap. 22. Mantica de conjecturis ultima voluntatum, lib. 12. tit. 7. ubi agit quando intelligatur revocata hæc donatio? Barbofa in dist. leg. que dicitur: num. 104. 109. & 113. & similiter quando in donatione adjectum fuit patrum de non revocando, donatio inter vivos intelligitur, est mentio mortis facta fuerit, ut tradunt Molina de primogen. lib. 4. cap. 2. ex n. 4. Menochius dist. presump. 35. num. 11. & infra dicitur num. 21. vide etiam latissime Hermosillam in l. 11. tit. 4. part. 5. glof. 1. per totam, ubi explicat resolutionem Gomezii in presenti, per ampliationem & limitationes; & Mantica de conject. ultim. vol. lib. 1. dist. tit. 12. ubi plura.

Ad num. 16 ibi: Et breviter, & resolutio dicit, &c.

Donationem causa mortis respectu formæ, & solemnitatis, assimilari contractui; respectu vero confirmationis, & effectus, equiparari ultimæ voluntati; ut hic resolvitur, docent Menchaca usque leg. lib. 1. cap. 12. n. 4. Mozius tit. de donat. in principio, num. 21. Clarus §. donatio, quest. 5. Molina de iustitia, disp. 288. alter Molina de promogenit. lib. 1. cap. 12. num. 16. Costa in §. si arbitrarij, ampliatione 1. ubi quod conditio impossibilis rejicitur de donatione causa mortis, & non vitiat donatio, Fachinæus, lib. 3. controversiarum cap. 86. ubi de adulto donante causa mortis, quod, ait, potest facere absque curatoris autoritate: & cap. 61. lib. 5. de quo etiam Hermosilla, ubi infra citabitur, Thomas Sanchez in summa, lib. 7. cap. 8. num. 11. Ofualdus ad Donellum lib. 8. cap. 33. in notatis, littera P. & lib. 14. c. 33. littera E. Gutierrez lib. 2. practice, quest. 21.

Ant. Gomezii Variar Resol. Tom. II.

Ced. num. 5. & de juramento confirmator. 1. part. cap. 13. num. 7. & in repetitione leg. ubi a, Ced. quando non petentium partes, & c. num. 28. ubi de jure accretendi in hac donatione, Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 1. tit. 12. ubi quod non transit ad heredes, Farinacius quest. 175. num. 355. ubi quod donatarius ex causa mortis capit rem donatam propria autoritate, Matienzo in l. 7. tit. 10. lib. 5. glof. 2. num. 2. Cavallos quest. 208. ubi an possit hæc donatio fieri pacto nudo? & latius quest. 695. num. 2. ubi alios refert, & etiam probat quod potest fieri donatio omnium bonorum ex causa mortis; & quod requiruntur in ea solemnitates, & numerus testium, sicut in testamento; Borell. ubi in summa decis. tit. 10. part. 3. ex num. 90. ubi differentias enumerat: Farinacius in fragmentis, verb. Mixtum, num. 234. ubi an hæc donatio comprehendatur in statuto loquente de contractibus, vel ultimis voluntatibus? Cancercius variarum 2. part. cap. 1. num. 65. & 68. & 3. parte, cap. 21. num. 67. optime Rodericus Suarez in legatione 20. ubi de hac donatione facta per minorem, & per ingredientem in Religionem, ubi Valdesius alios plures refert, Soula in §. actio num. 1. ultimo, num. 2. & quod ex ea deducatur Falcidia tanquam ex ultima voluntate, docet Mantica supra, dicto tit. 12. Hermosilla in leg. 11. tit. 4. partia 5. num. 6. & sequentibus, ubi ex dicta resolutione inferit, quod in donatione causa mortis datur jus accretendi sicut in legatis & quod ex ea detrahitur Falcidia, & non requirit insinuationem, & alia; eum vide per totam leg. quia bene explicat dictam resolutionem, & Dominum Larream accifione 55. num. 35.

Ibi: Quarto infero &c.

Quod mulier conjugata non possit facere donationem causa mortis sine licentia viri, ut docet Gomezius, probant Mozius de divo omnibus, in principio, num. 26. Covar. de testamentis, in rubrica, 3. part. num. 12. Suarez dista allegatione 20. versicul. Præerea, ubi Valdesius, Molina de primogenit. lib. 1. cap. 9. n. 4. Gutierrez de jurament. confirm. cap. 13. num. 4. & sequentibus, & lib. 2. practice, quest. 21. ubi num. 8. explicat dictam leg. 11. tit. 4. part. 5. que obtare videbatur, & hanc sententiam probabilissimam appellat Thomas Sanchez in summa, b. 7. cap. 8. num. 11. & plures pro hac parte refert Cavallos dicta quest. 695. ipse tamen cum aliis pluribus contrariam vtiorem dicit, imo mulierem conjugatam absque viri licentia posse donare causâ mortis; quod etiam tenet Matienzo omnino videndus in leg. 7. tit. 10. lib. 5. Recopilation. glof. 2. numer. 30. & sequentibus, & alii relati, & sequuti ab Hermosilla dist. l. 11. tit. 4. part. 5. ff. 1. n. 4. & sequentibus, ubi num. 5. in fine, advertit quod, est uxor de licentia viri donationem causa mortis fecerit, & postea illam pœniteat, solius mulieris consensus erit sufficiens absque marito ad revocationem donationis.

Ad num. 17. ibi: Infero primò, &c. 18

Post mortem donatoris transire in donatarium dominium rei donatæ causa mortis, ut in legato, & in ea habere locum jus accretendi, & detrahi Falcidiam, & non requiri insinuationem, resolvit Gomezius hoc numero, & ita etiam docet Tuschus littera D. conclusione 663. num. 12. ubi de dominio; & numero 23. ubi de Falcidia, Mozius tit. de donationibus, in principio, num. 29. & 6. p. unica, numer. 11.

Q. 2. Galdas



Caldas in leg. si curatorem, §. hunc contractum, num. 12. & sequentibus, Covarruvias in rubrica de testamentis, tertia parte, numero 15. Crallus in §. donatio causa mortis, quest. 15. per totam: Caevallas quest. 758. num. 11. Matienzo in dicta l. 7. tit. 20. glof. 2. num. 6. Barbosa in leg. que dotis, Digest. soluto matrimonio, num. 111. & plures referens Hermosilla in dict. leg. 1. glof. 1. tit. 4. num. 19. & 20. qui omnes probant dominium rerum donatarum causa mortis, statim à die mortis sine ulla traditione in donatarium transferri: & addit ipse Hermosilla, & alii ex supra allegatis, non dari nec competere pro donatione causa mortis tres actiones, quæ dantur pro legato; & Angulo in l. 4. tit. 6. de meliorationibus, glof. 4. num. 11. ubi docet hanc donationem non retrotrahi ad acquisitionem fructuum, nisi fuerit tradita, vide eum, & Clarum §. donati, quest. 9. num. 71. si tamen res donata fuisset tradita, & donatio revocetur, ipsa res petitur cum fructibus, ut cum aliis docet Hermosilla dicta l. 11. tit. 4. part. 5. glof. 4. num. 8. ubi etiam tenet quod revocata donatione causa mortis, donator potest agere contra emptorem, qui rem donatam emit à donatorio, de quo i. f. 4. num. 21. Item quod habeat locum jus accrescendi, & Falcidia in donatione causa mortis probat Gutierrez in leg. non cas. Cod. quando non penitentiam partes, &c. num. 28. Angulo de meliorationibus, l. 1. glof. 1. num. 12. Mozius de donationibus, cap. 1. num. 30. & 31. Mantica de conjecturis ultimarum volunt. lib. 1. tit. 13. ex sum. 2. Borell. in summa cinnium decif. tit. 10. de donatione part. 3. ex num. 90. ubi latè de differentia inter donationem causa mortis, & inter vivos; & inter illam, & legatum; & de quo latè Barbosa in leg. que dotis, Digest. soluto matrimonio, num. 90. & sequentibus. Item quod infirmatio non requiratur in donatione causa mortis, videndi sunt supra allegati, & Dueñas, in regul. 224. imitatione 11. Mozius de donationibus, de substantiali, n. 15. Matienzo in l. 7. tit. 10. lib. 5. glof. 6. n. 9. & alii relati ab Hermosilla in l. 9. tit. 4. part. 5. glof. 13. num. 36.

Ad num. 18. ibi: Et ex hoc maxima cum ratione dubio, &c.

Infirmationem requiri in donatione pura que morte confirmatur, ita ut in excessu sit nulla, & solum confirmetur morte intra quingentos solidos, resolvit Gomezium in presenti, de quo videndi sunt Fachinæus lib. 3. controversiarum, cap. 27. Tellus in l. 22. Tauri. n. 29. Suarez in l. quoniam in prioribus, n. 7. & S. in principio, ubi Valdesius, Matienzo l. tit. 2. glof. 3. numer. 20. lib. 5. Recop. Azvedus in l. 1. tit. 6. lib. 5. num. 13. Angulus de meliorationibus, l. 1. glof. 1. num. 13. & seq. ubi laudat nostrum Gomezium, Clarus in §. donatio, quest. 17. versic. sed hic iniuncter, & alii, quid autem in donatione facta à patre pro legitima, vel melioratione Tertii & Quinti idem Angulus in dicta l. 1. glof. 12. & l. 7. glof. 1. num. 44.

Ibi: Quinto infero, &c. cum versiculis sequentibus

Pro omnibus illationibus quas facit noster Gomezium hic, videndus est Borellus in summa decisionem tit. 10. de donationibus, parte 3. ex num. 99. & Barbosa in dicta l. que dotis, n. 29. & ibi num. 10. an alienatione rei donatæ ex causa mortis, censetur revocata donatio? de quo etiam Mantica de conjecturis ultimarum voluntas lib. 11. tit. 7. num. 8. & 9. Menochius lib. 3. presump. 37.

num. 13. Angulo de meliorationibus, l. 1. glof. 4. ubi an revocatur per pignorationem rei donatæ, vel per alienationem cum pacto de retrovendendo, vel per inimicitias & alia.

Ad numerum 19. ibi: In quo articulo breviter, & resolutivo dico, &c.

Donationem causa mortis revocari per penitentiam, & expressam voluntatem donatoris, vel per tacitam, ut si prius decedat donatarius quam donator, vel si convaluit ex infirmitate, vel evasit periculum in quo erat cum donavit, ut hic resolvitur, docent Mantica de conjecturis ultim. volunt. lib. 12. tit. 4. ex num. 2. ubi etiam an penitentia possit duobus testibus probari? (ut ait Matienzo in l. 7. tit. 10. in lib. 5. Recop. glof. 3. numer. 2.) & numero 4. cum pluribus docet idem Mantica, quod si donator decesserit sine hærede, non revocatur donatio, quia tunc nemo est, qui ex penitentia possit experiri in iudicio: pro quo etiam refert Covarruvias in rubrica de testamentis, 3. parte, nu. 24. quem etiam videas num. 23. Caldas in l. si curatorem, verbo, Hunc non tractum, num. 16. ubi de minore, Borell. alios referens in summa decis. num. 4. tit. 14. num. 34. Menochius lib. 3. dicta presump. 37. Mozius de donat. cap. Quando annullatur vel revocatur donatio, n. m. 6. & per totum, Angulo de meliorationibus, l. 1. glof. 1. ex num. 34. ubi probat non revocari pramortuo donatorio, de quo Martha de successione legali, parte 4. quest. 26. ex num. 19. Barbosa in l. que dotis, ff. solut. marit. l. 112. & Matienzo supra, & Hermosilla in l. 11. tit. 4. part. 5. glof. 4. num. 4. & 2. ubi numeris sequentibus, explicat causam revocationis tacite, vel expresse (quod etiam agunt Mantica & Menochius supra) & num. 7. explicat ipse Hermosilla quid si res uni donata causa mortis, alteri legetur, si donec, & non constata de animo adimendi? in quo Castillo lib. 1. controvers. cap. 39. num. 21. cum aliis resolvit rem esse dividendam, & etiam probat per generalem dispositionem, seu hæredis institutionem non censeri revocatam donationem causa mortis: eos vide, & Tuscham littera D. concl. 671. & 710. & Salgadum in labyrintho, parte 2. cap. 19. per totum.

Ibi: Quæ omnia perpetuo, & singulariter limitata, &c.

Quando mentio mortis non fit in verbis dispositivis, sed executivis, quod tunc non fit donatio causa mortis, sed inter vivos, ut hic resolvitur, docent Valascus consulti. 102. num. 1. Covarruvias in rubrica de testamentis, 3. parte, num. 25. Fachinæus controvers. lib. 5. cap. 22. Matienzo in l. 7. tit. 10. lib. 5. Recop. glof. 1. num. 5. & seq. Molina disp. 287. num. fin. Barbosa in l. que dotis, ff. solut. marit. num. 112. ubi docet, quod si dispositio, & executio profertur in eadem oratione, tunc erit donatio causa mortis, & si mentio mortis apponatur verbis executivis; & etiam addit, quod si in donatione dicatur, quod donat alicui post mortem pro se, & hæredibus; tunc debet dici donatio inter vivos, secundum aliquos Doctores, licet alii plures contra teneant, & tandem eos concordat cum Matienzo in dicta l. 7. tit. 10. lib. 5. glof. 1. n. 7. vide etiam circa hoc Angulum de meliorat. l. 1. glof. 1. n. 34. & Hermosillam in dicta l. 11. tit. 4. part. 5. glof. 4. num. 2. & 3. ubi etiam quid si donator, & donatarius simul moriantur? & resolvit donationem firmam manere.

Ad

21 Ad num. 20. ibi: An revocata donatione expressa, vel tacita, &c.

Revocata donatione causa mortis a quo ex predictis modis, reverti ipso jure dominium in donatorem, ut resolvit Gomezium, docent Tuschus lit. D. conclusioe 663. num. 16. Gregor. Lopez in l. 11. tit. 4. part. 5. Tiraquel. in l. si unquam, verb. Revertatur, num. 15. Covarruvias in rubrica de testamentis, 3. parte, num. 26. Matienzo in l. 7. tit. 10. lib. 5. Recopilation. glof. 3. num. 9. Hermosilla in dicta leg. 11. tit. 4. part. 5. glof. 4. num. 8. versic. nota quinto, ubi etiam agit, quid si res donata causa mortis fuerit in tertium alienata, & de quo etiam supra, & Barbosa in l. 1. ff. solut. marit. n. m. 81. ubi ait agendum esse adversus donatarium alienantem, ut rei alienate pretium restituat, vel interesse solvat, & in subsidium adversus tertium possessorem dari utilem actionem: & 5. part. num. 81. eos vide; & Alvaradum de conjecturata mente defuncti, lib. 3. cap. 1. n. m. 17. ubi quod hæc donatio revocetur ob pignorationem rei donatæ, vel aliam specialem obligationem ejus, post Covarru. rubrica de testamentis, 3. p. num. 19. & alios.

22 Ad numerum 21. ibi: & breviter dico quod sic.

Donatione mortis causa revocata, posse repeti fructus ut resolvitur, docent Boërius decif. 98. num. 6. Mantica de conjecturis ultim. volunt. lib. 1. tit. 7. num. 7. Mozius de donationibus, cap. 1. m. num. 12. Caldas in leg. si curatorem habent, verbo, hunc contractum servari non oportet, num. 13. Angulo de meliorationibus, l. 1. glof. 5. num. 7. ubi etiam docet, quod quando donatio revocatur ex conditione, seu reservatione revocandi, fructus non repetuntur, Matienzo in l. 7. tit. 10. lib. 5. Recop. glof. 3. num. 10. & seq. ubi laudat nostrum Gomezium in presenti, & eodem modo satisfacit objectionibus per eum consideratis, eas explicans, Molina de iustitia, tom. 2. disp. 287. num. 13. ubi etiam bene explicat & limitat, præterquam si donator verbis aliquibus expressisset mentem suam non esse repetere fructus perceptos; ut si disisset, utere tali prædio pro tua sustentatione, illudque tibi post mortem meam dono; Hermosilla in l. 11. tit. 4. part. 6. glof. 4. num. 8. ubi cum Angulo supra tradit quod donatarius tenetur ad fructus naturales consumptos ex quibus factus est locupletior, non vero ad industriales consumptos, licet ex eis factus fuerit locupletior.

Ibi: Ex quo infero primo, & secundo, &c.

Circa fructus restituentos vel non cum donatio revocatur ob ingratitude, vel propter supervenientiam liberorum, diximus jam supra hoc cap. ubi videri poterit.

Ibi: Tertio infero, &c.

Si contractus rescinditur ex l. 2. Cap. de rescindenda venditione, quod non possint peti fructus medio tempore percepti, resolvit Gomezium ut vides, in quo sunt duæ contrariæ communes opiniones, ut jam diximus supra, cap. 2. num. 25.

Ad num. 22. ibi: Et breviter dico, &c.

Quod per pactum de non revocando, donatio causa mortis convertatur in donationem inter vivos, ut hic resolvitur, docent Clarus in §. donatio, quest. 4. numer. 5. Molina de primogeniis, l. b. 4. cap. 2. ex num. 40. usque ad 54. Menochius lib. 3. presump. 35. numer. 21. Pereira

de potestate nominandi vel eligendi emphyteut. lib. 3. cap. 1. ex num. 14. Tuschus littera D. conclus. 655. ex num. 21. Mantica de conjecturis ultimarum volunt. lib. 1. tit. 13. numer. 5. Angulo de meliorat. l. 1. glof. 8. num. 2. & glof. 11. ex n. 1. Matienzo in l. 7. tit. 10. glof. 1. num. 10. & sequentibus lib. 5. Recopilation. optimè Molina de iustitia, tom. 2. disp. 287. num. 17. & sequentibus, Barbosa in leg. que dotis, Digest. soluto matrimonio, ex num. 113. ubi ampliat, & limitat.

Ibi: Sed pro concordia dico, &c.

Distinctionem nostri Gomezii in presenti, an scilicet verba, de quibus hic fit mentio, sint apposita dispositioni, vel executioni, ad hoc ut donatio sit irrevocabilis, vel non; sequuntur communiter Doctores, ut videri potest per supra relatos, maximè Mantica, Matienzum, & Angelum, & Barbosam in dict. leg. que dotis, ex num. 113. & Castillo lib. 4. controversiarum, cap. 48. ex num. 5. & Molinam de iustitia, dict. cap. 287. num. 17. licet alter Molina dict. lib. 4. cap. 2. ex num. 46. indistinctè teneat verba generalia, & pactum de quo hic, non alterare naturam donationis; vide omnino supra citatos, maximè Matienzum & Castillo, & Hermosillam in l. 11. tit. 4. part. 5. glof. 1. num. 13. & 14. ubi denique num. 15. ait quod si iuramento dictam pactum confirmetur, absque dubio donatio irrevocabilis efficitur, contra Martham de successione legali, 4. part. q. 26. art. 2. num. 17. & alios.

Ad num. 23. ibi: Primo prohibetur maritus de nate uxori, &c.

Donationem inter virum, & uxorem, esse nullam ipso jure, ut hic resolvitur, docent, & explicant latissimè Cardinalis Tuschus littera D. conclusioe 690. & quinque sequentibus, Dueñas regul. 121. ubi ampliat, & limitat Mozius tit. de donatio. cap. de personis inter quas, & c. num. 16. & 3. Tiraquellus in leg. si vir quum, verb. Donatio largitus, num. 19. Mantica de tacitis conventionibus, lib. 2. tit. 1. & sequentibus, ubi per totum librum materiam latissimè explicat. Farinacius in praxi, quest. 25. num. 228. Petrus Gregorius Synagmate lib. 18. cap. 10. Cancercius variarum l. p. r. cap. 3. numer. 58 & 92. & plurimos referens Borell. in summa decis. finium, tom. 3. tit. 4. num. 1. & pluribus sequentibus. Olualdus ad Donellum lib. 9. cap. 10. littera R. Thomas Sanchez de Matrimonio lib. 6. disp. 1. tom. 1. num. 2. ubi quod jus dicitur donationi resistit, & propterea nec civilis nec naturalis obligatio nascitur, nec in foro conscientie obligat, Molina de iustitia tom. 2. disp. 289. num. 4. ubi num. 12. quod per divortium dicta donatio censetur revocata, nisi mutuo consensu fiat, aut aliunde constaret donantem velle perseverare in ea: item quod censetur revocata, si donans vendat, permuet, leget, aut donet eandem rem alteri, aut si eam pignori vel hypothece subijciat, Cenedus ad Decretales, Collectan. 82. num. 1. & alios referens Barbosa in Collectan. cap. donatio, §. de donationibus per virum, & uxorem: numer. 2. Castillo lib. 4. controversiarum cap. 49. numer. 28. & sequentibus, Valdesius ad Suarez tit. de arbitris, numer. 34. eruditè Amaya, lib. 2. observat. cap. 10.

Ibi: Animum tamen est in materia si maritus senex, &c.

Donationem factam à viro ignobili vel senex, uxori nobili vel juveni, valere tanquam remuneratorem,



ratoriam, docet Gomezius in presenti, & licet aliqui Doctores hoc intelligant ante contractum matrimonium, verius tamen est etiam procedere contracto matrimonio, ut latissime probant Covarruvias in 4. Decret. l. 2. part. cap. 3. §. 1. num. 2. Gregorius in l. 2. tit. 20. part. 2. Duenas regal. 121. limitatio. 11. Baeca de non meliorandis filiabus, cap. 16. in fine Azevedus l. 2. tit. 2. lib. 5. Recopilationis, num. 11. Valdefius ad Suarez tit. de arbitris, num. 34. Gratianus disceptat. cap. 690. ex num. 1. Molina de iustitia, tom. 2. disputa. 289. versiculo, Tertius si sit, Barbosa in leg. qua dotis, num. 56. Digest. soluto matrimonio, & alios referens Augustinus Barbosa in Collectan. cap. 8. de donat. inter virum & uxorem, num. 5. & latè, & optimè Thomas Sanchez de Matrimonio, lib. 6. disputa. 7. num. 3. ubi num. 4. ampliat hoc procedere etiam si vir ignobilis dirisimus nuberet nobili pauperima, quia post viri obitum manet uxor deterioris conditionis, atque ita non datur compensatio divitiarum cum nobilitate, vide etiam Nogaerol. allegatio e vigesima sexta, ex numero 17.

Ibi: Advertendum tamen quod talis donatio, &c. Dicitur donationem inter virum & uxorem, morte confirmari, si traditio præcesserit, ut hic resolvitur, docent ferè omnes supra citati, ex notissimis principiis, & Menchaca de successuum creatione, §. 29. num. 11. & seq. enitius, & de successuum progressu, lib. 1. §. unio. num. 136. 138. & 139. Clarus §. donatio, quæstion. 9. Molina de primogenis, lib. 1. cap. 12. num. 12. Matienzo l. 7. tit. 10. lib. 5. Recopilationis, glo. 2. num. 5. Gutierrez practiarum, lib. 2. quæst. 22. num. 1. Valdefius ad Suarez tit. de arbitris, num. 34. Amaya lib. 2. observatiomm, cap. 10. n. 50. ubi de traditione rei donatae in hoc casu, Barbosa in leg. qua dotis, ff. soluto matrimonio, num. 67. Molina de iustitia, tom. 2. disputa. 289. versicul. lib. 2. observat. Mantica de tacitis conventionibus, lib. 2. tit. 7. ex num. 32. & alios referens Augustinus Barbosa in Collectanea cap. 8. de donationibus inter, num. 21. ubi cum aliis docet confirmari dictam donationem morte naturali, vel accidentali, vel civili, ut deportatione, vel professione Religionis, de quo latè sermonem facit Thomas Sanchez de Matrimonio, lib. 6. disputa. 17. ex num. 7. ubi n. 9. hoc explicat, dicens confirmari donationem per professionem in Religione incapaci bonorum in communi, non verò si eorum capax sit, tunc enim mors naturalis est necessaria, vide eum quia plures refert, & Aviles in prævio cap. Prævio, glo. 1. allegatio 3. num. 13. & 14. ubi quod ad revocationem dictæ donationis requiritur specialis mentio, vide etiam Dominum Larream decisi. Granaten. §. 60. num. 13. ubi agens de conjuge testante de bonis alterius conjugis de ipsius consensu, docet quod in hoc consensu involvitur donatio quædam, & sic requiritur quod morte confirmetur.

Ibi: Item adde quod prædicta debent intelligi, &c. Dicitur donationem valere, si donans non efficiatur pauperior, licet donatarius fiat ditior, ut resolvit Gomezius, docent Mantica de tacitis conventionibus, lib. 2. tit. 4. ex num. 57. Molina de iustitia, tom. 2. disputa. 289. num. 7. & 18. Azorius in situ. Moral. lib. 11. cap. 10. quæst. 4. & omnes supra citati, & omnino videndus Thomas Sanchez de Matrimonio, lib. 6. disputa. 4. per totam, ubi hanc conclusionem doctissime explicat, & Cancercius variarum, 3. part. cap. 22. num.

102. ubi quod valet donatio in tempus soluti matrimonii facta, ne conjux inopia laboret, ex text. in leg. si cum, §. si. & leg. sequenti ff. de donationibus inter virum & uxorem.

Ad num. 24. Ibi: Ex qua sententia & conclusio infero plura, &c.

Illationes, quas noster Gomezius facit hoc numero, confirmantur, & explicantur per Doctores supra allegatos, maxime per Covar. in rubr. de testamentis, 3. part. num. 16. & in 4. Decretalium, 2. part. num. 7. §. 1. num. 1. Connanus lib. 8. commentar. cap. 11. num. 7. Caldas in leg. si curatorem, verb. Lasi, num. 127. & 148. Matienzo l. 9. tit. 9. glo. 1. num. 4. lib. 5. Recopilationis, Tufcham littera D. conclus. 692. Mantica de tacitis conventionibus, lib. 2. tit. 4. & sequentibus, & Barbosa in Collectan. cap. 6. de donation. inter virum, & uxorem, ubi plures refert & comprobat illationes nostri Gomezii, & alias, & doctissimum Thomam Sanchez de Matrimonio, libro 6. disputa. 4. per totam.

Ibi: Quarto infero, &c.

Valere remissionem usufructus adventitiorum quam pater facit filio, docet Gomezius in presenti, & comprobant latè Gutierrez in cap. quævis pactum, num. 31. Caldas in leg. si curatorem, verb. Lasi, num. 148. & hic est unus casus in quo valet donatio inter patrem, & filium, ut docent Vivius primo tono communium opiniorum, lib. 4. versiculo, Donatio facta à patre filio, &c. Duenas in regul. 223, & plures refertens Pichardus in §. quadam actiones, Instit. de actionibus, in repetitione l. 1. ff. familie eriscundæ, quam ibi ponit, num. 26. & sequentibus, ubi ait statim valere hanc donationem, seu remissionem, Castillo lib. 5. controversiarum capite 112. Menochius in additione ad librum 3. præsumption. num. 57. qui, & alii plures relati à Salgado in labyrintho, part. 2. cap. 15. num. 50. docent hanc remissionem posse fieri à patre in præjudicium suorum creditorum, dummodo fiat ante acceptationem: item de hac donatione Cancercius variarum tertia parte, capite 21. ex num. 105.

Ex quo inferit Thomas Sanchez disputa. 4. num. 13. lib. 6. de Matrimonio, quod dicta remissio usufructus non computatur in tertiam, & quintam partem, de qua pater potest disponere in hoc Regno, nec conferendam esse, nec revocari posse tanquam inofficiosam, si excedat; sed ultra eam posse patrem meliorare illum; vel alium filium in tertia, & quinta bonorum parte, quia ea remissio non est alienatio patrimonii, sed tantum renuntiatio lucri legalis, & non acquisitio; de quo etiam vide latissime Hermosillam in l. 8. tit. 4. part. 5. glo. 12. num. 15. & sequentibus, ubi de hac remissione usufructus per patrem facta plenissime agit, & Menochium lib. 3. præsump. 29. num. 87. & Gutierrez de iuramento confirmatorio, 1. part. c. 4. n. 12. & 15. ubi etiam de tacita remissione, vide etiam Salgadum supra.

Ibi: Quinto infero, &c.

De hac repudiatione, & de interpretatione text. in leg. qui autem ff. de his qui in fraudem creditor. agunt latissime Gutierrez in cap. quævis pactum, ex num. 20. Sarmiento lib. 8. selectiarum in leg. si ira relicti sum, §. ita scriptum, num. 3. Baeca de dote, cap. 24. num. 6. Fachinazus lib. 13. controversiarum cap. 46. Costa in leg. qui dicit, §. num. bello, verb. Paris num. 6. Alvaradus de conjugurata mente defuncti, lib. 2. cap. 38. 1. num. 29. Merlinus de le-

de legitima, lib. 2. tit. 2. quæst. 27. num. 28. Gratianus disceptat. cap. 132. & 271. Covarruvias in cap. Regaldus, §. 3. num. 14. ubi an hæres possit repudiare legatum debitori relicto? Castillo lib. 4. controversiarum cap. final. ex num. 1. Valafcus consil. 189. num. 12. ubi an filii revocare possint alienata à patre? Escobar de puritate sanguinis, quæst. 7. ubi plures congerit, & an peccet mortaliter qui dictam renuntiationem facit; latissime Thomas Sanchez pro utroque foro in lib. 6. de Matrimonio, disputa. 4. ex num. 8. Carlevalius de iudicis, tom. 2. disputa. 25. per totam, & disputa. 28. numer. 11. Nogaerol. allegatio 17. Salgado in labyrintho creditor. part. 2. cap. 16. ubi de filio repudiante legitimum, & latius cap. 14. ibidem, D. Larrea decisi. Granaten. §. 5. ubi numer. 14. quod renuntiatio sine causa facta ab eo qui habet creditores, in fraudem facta videtur.

Ibi: Oportet, & quidem si g. L. riner infero, &c.

Uxorem posse renuntiare in favore mariti medietatem lucrorum, ut hic resolvitur, probant Covar. in 4. Decretal. 2. part. cap. 7. §. 1. num. 11. Dilaacus Perez lib. 5. Ordinamenti, tit. 4. l. 4. vers. Dultiar ut ruit, Matienzo l. 9. tit. 9. lib. 5. Recopilationis, glo. 1. num. 5. & ibi Azevedus num. 8. Gutierrez lib. 2. quæstione 126. num. 5. Suarez in titulo de las ganancias, ex num. 20. ubi Valdefius, Caldas in leg. si curatorem, verb. Sua facultate num. 7. Soula in §. actionum, cap. de societate, numer. 36. noster Gomezius in leg. 60. Tauri. Alvarado de conjugurata mente defuncti, lib. 2. capite 1. numer. 28. Morquecho de divisione bonorum, lib. 2. cap. 16. Siquença de clausulis, lib. 1. cap. 26. per totum, ubi docet quod si dicta renuntiatio fiat in ultimo vitæ spiritu, vel summa senectute, videtur facta in fraudem: quod etiam advertit Azevedus supra, Thomas Sanchez de Matrimonio, lib. 6. disputa. 3. per totam, ubi num. 6. docet, quod similiter potest vir renuntiationem prædictam facere in favorem uxoris, dummodò hoc non faciat constante matrimonio circa lucra jam acquisita, quia jam est perfectè dominus, & esset vera donatio; quod fecus est in uxore, quæ etiam constante matrimonio potest lucris acquisitis renuntiare in favorem mariti, ut docet idem Sanchez num. 8. & num. 11. asserit quod dicta renuntiatio lucrorum in favorem alterius conjugis, antequam acquirantur, potest fieri in præjudicium legitime ascendentium & descendentium, secus post jam acquisita, vide etiam Cancercium 3. part. cap. 15. ex num. 33.

An autem dicta renuntiatio lucrorum constante matrimonio acquiritorum possit rescindi ratione læsionis? videndi sunt Burgos de Paz in quæstionibus civilibus, quæst. 6. numer. 12. Castillo in leg. 60. Tauri, Azevedus leg. 9. tit. 9. lib. 5. Recopilationis, num. 3. Gutierrez lib. 2. quæst. 126. in fine. Matienzo in dicta l. 9. glossa 1. num. 1. & 4. Thomaz Sanchez de Matrimonio, lib. 6. dicta disputa. 5. num. 11. & plures referens Hermosilla leg. 66. tit. 5. part. 5. glossa 4. ex num. 110. ubi pro Regula constituit non rescindi dictam renuntiationem prætextu læsionis enormis, seu enormissime, quando tempore contractus matrimonii renuntiatio fuit facta: & etiam quando renuntiatio fuit facta post dissolutionem matrimonium, & lucra jam acquisita irrevocabiliter, dictam resolutionem sine controversia procedere asserit ibid. in p. 11. quando autem dolo mariti uxor inducatur ad renuntiationem, sine dubio vitatur, eum vide, & reliquos supra citatos.

Cetera circa donationem inter virum & uxorem, & circa fructuum acquisitionem ex ea, vide præter supra relatos, Fachinazum libro 3. capite 73. & maxime Thomam Sanchez, qui plures refert, & materiam fusissimè explicat, dicto libro 6. disputa. 1. & sequentibus usque ad finem libri, ubi latissime omnes quæstiones declarat, & dictam quæstionem circa acquisitionem fructuum explicat, disputa. 16. & de dote refert confessionione, in disputa. 9. & an prædicta donatio confirmetur iuramento? in disputa. 11. & sic per ordinem omnes quæstiones resolvit, eum omnino videas. Ubi etiam agit de arriis, sponfalitia largitate, & reliquis.

Ad numerum 25. Ibi: Item etiam probetur, 17. &c.


Quod donatio facta à patre filio in potestate non valcat, ut hic resolvitur, licet è contra facta à filio patri firmitatem habeat, docent Duenas regula 213. Faber conjecturarum libro 7. capite 11. Gomez Arias in leg. 15. Tauri numer. 7. & sequentibus, Petrus Gregorius in Synagoga, libro 28. capite 9. ex numero 8. Antonius Gabriel in communibus, tit. de donationibus, conclus. 4. & 6. & Suarez in leg. quoniam in prioribus, in principio, numer. 4. & in l. 9. tit. 11. libro 3. fori, num. 31. ubi Valdefius, Clarus §. donatio, quæstione 8. numero 1. Gutierrez de iuramento prima parte, capite 4. ex numero 1. Gratianus in regula 337. Alvarado de conjugurata mente defuncti, lib. 3. capite 2. §. 1. ubi quid si in eodem instrumento donet filio, & emancipet eum? Pichardus in relect one ad tit. Digest. de acquenda hereditate, capite 15. numer. 44. ubi rationem decidendi tradit, Cancercius variarum prima parte, capite 8. ex numero 81. latè: & tertia parte, capite 21. numer. 205. Matienzo in leg. 1. tit. 6. lib. 6. Recopilationis, glo. 3. numer. 1. Borellus in summa omnium decisionum tertia parte, tit. 9. numero 149. Nabona in tertiam partem Recopilat. l. 39. tit. 3. lib. 5. glo. 1. num. 9. Molina de iustitia, tom. 2. disputa. 29. ubi casus congerit, in quibus dicta donatio valet: Fontanellus de pactis nupt. claus. 4. in principio, ex num. 1. Azevedus in l. 1. tit. 6. lib. 5. Recopilationis, ubi etiam de donatione facta à matre quod valet, Gratianus disceptat. cap. 82. num. 14. & cap. 127. numer. 11. & cap. 713. num. 48. Ofuldus ad Donellam lib. 9. cap. 5. notatis, littera D. Tufcham littera D. conclus. 673. & sequentibus, ubi conclus. 678. agit de donatione facta à filio patri, vel aliis: Barbosa in l. 1. Digest. soluto matrimonio, septima parte, num. 29. ubi quod dicta donatio facta causa studiorum valet, Fachinazus lib. 3. controversiarum, cap. 71. ubi de fructibus: in casu Lessius de iustitia, lib. 2. cap. 18. duò. 12. numer. 90. ubi comprobat limitationes nostri Gomezii, & alias addit, Bonacina de contractibus, disputa. 3. quæst. 21. punct. 5. ubi bene explicat de iure communi, & plures referens Hermosilla in leg. 3. tit. 4. part. 5. glossa 1. num. 13. ubi explicat rationem decidendi dictæ resolutionis: & numeris sequentibus latissime materiam declarat, & quindecim limitationes congerit & numer. 38. cum pluribus docet hodie quod de iure Regio valere dictam donationem, (quod etiam probant supra, relati) omnino videas per totam, glossam & Salgadum in labyrintho creditorum, secunda parte, cap. 15. ex numero 50. ubi de remissione usufructus facta per patrem, Et de donatione facta filio Clerico? vide leg. 11. tit. 11. lib. 5. Recopilationis, & Hermosillam in l. 50. tit. 11.



titul. 5. parit. 5. Gratianum disceptat. c. 255.  
 28. Et an si res donata solvatur per donatorem, & postea ad eum revertatur, conveniri debeat in quantum facere potest: vide Barbofam in leg. maritum, Digest. soluto matrimonio, numero 30. & plura per Cancernium, variarum prima parte, c. 9. ex num. 111. & secunda parte, capite 9. num. 6. ubi quid si uterque est in pari necessitate?

Item adde quod si quis donavit omnia bona, reservata aliqua re ad disponendum de ea, donatio respectu totius perfecta remanet, si de dicta re non disponat; ut ex pluribus probat Nogue-rol. allegacione 19. num. 116. Salgado in labyrintho creditorum, parte secunda, cap. 18. num. 61. de quo etiam plura Hermosilla leg. 9. titul. 4. parit. a quinta, gloss. 1. num. 10. & Cancernius 3. part. cap. 7. ex numero 389. ubi quid de bonis postea quaesitis.

Item quod donator non possit conveniri ultra quam facere potest, notissimum est, ut apparet ex supra allegatis initio hujus capituli & ex Baëça in tractatu de inope acchieve, cap. 1. Gutierrez de juramento confirmatorio, tertia parte, cap. 15. Olualdo ad Donellum lib. 27. cap. 9. ubi late, Scaccia de re judicata, glossa 14. quest. 11. ex num. 57. Barbofa in leg. maritum, Digest. soluto matrimonio, & in leg. alia, eleganter, num. 35 ubi an possit renuntiari hoc privilegium? Hermosilla l. 4. titul. 4. parit. 4. gloss. 3. ex num. 5. qui alios plures refert, & notissime D. Larea de lib. Gratianens. 66. ex num. 25. ubi num. 27. ex Barbofa supra, & Connano lib. 8. commentariorum, cap. 9. numero 9. duo specialia refert in donatore, inter alios qui hoc privilegium habent, primum, ut habeatur ratio, ne possint creditores extorquere quod relictum fuerit, debet enim res alienam antea deduci, ut etiam explicat Carlevalius infra, disputatione 30. num. 13. secundum, ut licet donator perveniat ad pinguiorem fortunam, non teneatur restituere quod semel deductum fuit ad ejus alimenta; vide etiam Carlevalium de iudiciis, disputatione secunda, numero 173. ubi quod hoc privilegium non amittitur, quamvis in solidum condemnatur, & in tom. 2. titul. 1. disputatione 10. numero 22. ubi quod hoc beneficium competit donatori, sive obligato personaliter, sive personaliter & realiter, vide eum etiam num. 12. & sequentibus, ubi alia, & disputatione 25. ex num. 15. Item de fidejussore, & herede, vide in dicta disputatione 30. ex n. 21 ubi quod nec fidejussori, nec heredi competit dictum privilegium; & per totam disputationem, late explicat illam quaestionem & maxime controversiam, utrum creditores posteriores ex causa onerosa preferantur anterioribus ex causa lucrativa, quando illi omnes sunt hypothecarii; & resolvit esse preferendos: referens pro ea, Gutierrez in tractatu de juramento confirmatorio, tertia parte, capite decimo quinto, ex numero decimo nono. Carralcum ad legem Recopilacionis, cap. 11. art. 1. ex num. 205. & num. 215. & seq. & Molinam de justitia, tom. 2. disputatione 403. & alios.



CAPUT V.

De Societate.

SUMMARIUM.

- 1 Societas quomodo celebretur, & an possit fieri in perpetuum.
- 2 Societas, an possit fieri super omnibus bonis, vel super aliqua parte eorum.
- 3 Societas facta in omnibus bonis, an extendatur ad futura.
- 4 Societas contracta simpliciter, an extendatur ad bona quocumque titulo quaesita.
- 5 An valeat pactum inter socios, quod lucrum & damnum inter eos inaequaliter dividatur.
- 6 Quibus modis finitur societas.

**Q**UARTUS contractus qui consensu contrahitur, est societas, quando duo vel plures contrahunt societatem, vel communionem omnium bonorum, vel partis vel certae negotiationis, lucro & damno inter eos communicato. Nam talis contractus perficitur, & celebratur solo consensu partium, sine alia juris solemnitate, & est licitus & iustus, ex eo quod lucrum & damnum communicatur: text. est in l. 1. & per totum ff. pro socio, textus in l. 1. & per totum Cod. eodem titulo, & textus in §. 1. & per totum. Institut. de societate, idem disponit l. 1. & totus tit. 10. §. 1. part. Pro cuius perfecta declaratione quaero, an societas possit fieri in perpetuum, vel tantum usque ad certum tempus; Et resolutivè dico quod potest fieri in perpetuum, hoc est quoad vitam contrahentium, vel usque ad certum tempus, vel ex tempore, vel sub conditione; text. est in l. 1. ff. pro socio; Cujus verba sunt: Societas contrahi potest vel in perpetuum, id est dum vivunt, vel ad tempus vel ex tempore vel sub conditione. Non verò potest fieri in perpetuum, id est sine praesentione temporis, textus est in l. nulla ff. pro socio. Cujus verba sunt: Nulla societas in aeternum, & ibi communiter Doct. Cujus ratio potest esse: quia ex tali societate inducitur quaedam species servitutis, diminutio libertatis, ut non possit is liberè uti sua persona, & suis bonis, contra regulam text. in l. Titio centum, §. Titio de iur. 2. ff. de cond. & demon. text. in l. nihil ff. de lib. homin. exhib. text. in l. nec emere. C. de iur. deliber.

Item quaero an societas possit fieri super omnibus bonis, vel tantum super aliqua parte eorum: Et resolutivè dico, quod bene potest fieri super omnibus bonis tam praesentibus quam futuris, vel super aliqua certa negotiatione, text. est in l. societas contrahitur ff. pro socio. Cujus verba sunt: Societas contrahitur sive universorum bonorum, sive negotiationis alienius, sive vestigialis, sive etiam rei vicis, text. in §. 1. Institut. de societate, & ibi communiter Doctores.

Item quaero, quando societas simpliciter fit super omnibus bonis, an extendatur ad futura? Et videtur quod non: quia quando tractatur de magno praedicio, ut de alienatione rei & transferendo dominium, contractus vel dispositio non extenditur ad futura, ut venditio, legatum, vel confiscatio, text. in l. in re totum, ff. de auro & argen. leg. & ibi Bartol. & communiter Doctores, textus

textus in l. si mandavero tibi, §. si cuius bona ff. mand. Sed societas est hujusmodi, ergo &c. Sed his non obstantibus contrarium est dicendum Imò quòd extendatur ad futura, textus est, in l. societas univ. sicut fortunatum ff. pro socio, textus in l. si quis societatem contraxerit, eodem tit. & ibi Gloss. ordinaria in l. si C. que res pign. oblig. ff. pro socio. Nec obstant praedicta jura contraria; quia procedunt quando resultaret grave damnum, & praedictum contrahenti, secus verò in nostro casu: quia cum societas sit reciproca, vicissitudinaria, non censetur fieri praedictum partibus, quia lucrum & damnum debet communitari, ita tenet & declarat Cyn. Bald. Salyc. & communiter Doctores in dict. l. si C. que res pign. oblig. ff. pro socio, tenet etiam Bartol. in dict. leg. si sita legat. ff. de auro & argen. leg. 1. colum. §. oppos. Confirmatur per text. singularem & unicum in suo casu, in l. de fideicommissa, Cod. de translat. ubi habetur, quod valet remissio & renunciatio fideicommissi reciproci, etiam inter minores propter dubium eventum, adeò quod non habet locum restitutio ex persona alicujus, & ad hoc illum text. summè notat & commendat ibi Bald. Paul. Salycet. Jafon, & communiter Doctores, & reputat singularem & unicum in l. cum Archimedes locum, Cod. ut in posse ff. legat. 1. colum. Item etiam confirmatur per textum singularem & unicum in l. si Cod. que res pign. oblig. ff. ubi habetur quod obligatio & hypotheca bonorum simpliciter facta, extenditur ad futura, quia in eo consideratur modicum praedictum, & hoc reputat singularem & unicum Bald. & communiter Doctores ibi.

Item quaero, an inter socios ex solo titulo, vel contractu transeat ipso jure dominium, & possessio pro suis partibus sine traditione? Et breviter dico, quòd in bonis praesentibus, jam quaesitis, bene transit, sed in futuris postea quaerendis, non: textus est in l. 1. ff. si cum l. leg. ff. pro socio. & ibi Glossa ordinaria, Bartol. Alberic. & communiter Doctores, text. in l. si quis societatem contraxerit, §. 1. tit. & ibi etiam communiter Doctores. Cujus ratio est: quia quilibet socius videtur habere, & tenere bona sua nomine proprio, & alterius socii, tanquam per clausulam constituti, secundum Doctores ibi. Sed certè ista eadem ratio etiam videbatur militare in bonis futuris, & sic hodie habemus singularem legem partitarum quae hoc corrigat, & expressè vult, quòd imò ex hac ratione dominium, & possessio transeat ipso jure pro sua parte in socium, etiam in bonis futuris, postea quaesitis, ita disponit l. 47. titul. 28. 3. part.

Item quaero, an societas simpliciter contracta extendatur ad bona quocumque modo & titulo quaesita? Et resolutivè dico, quòd tantum extenditur ad bona mobilia, & immobilia, & jura, & actiones titulo lucrativo. Ex quo deducitur, & inferitur, quòd non extenditur ad bona quaesita per donationem, hereditatem, legatum, vel aliam speciem ultimæ voluntatis, quia ex natura societatis tacitè videtur actum, quòd illud quaeratur inter socios, quòd quaeritur ex opera, industria, & diligentia eorum: non verò illud quòd quaeritur propter benemerita, vel amicitiam, vel affectionem persone, cujus occasione videtur emanare causa lucrativa, textus est capitalis & expressus in l. coirs, cum l. leg. ff. pro socio, & ibi Gloss. ordinaria, Bartol. Alberic. Baldus, Salyc. & communiter Doctores. Quod extendit etiam societas fuit causa & occasio illius donationis, ut si

propter negotia societatis unus socius accessit ad principem, & sibi donavit aliqua bona, quia non communicatur: ita Bartol. in l. socium qui in eos, socius, ff. pro socio, & alii Doctores. Secus tamen est, si societas specialiter fiat, hoc actò inter partes, quòd extendatur etiam ad bona quaesita titulo lucrativo, quia tunc bene extenderetur, textus est in l. 3. §. cum specialiter, ff. pro socio, & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores, & idem disponit lex 9. titul. 10. §. part. Unum tamen est, quòd si inter socios conventum sit, quòd legitima, & iusta hereditas dividatur, tantum communicabitur inter eos hereditas, quae provenit ab intestato, non verò quae provenit ex testamento, textus est expressus a in l. 5. §. de iur. ff. pro socio, & ibi notat & commendat Gloss. ordinaria & communiter Doctores: notat etiam & declarat Jafon in l. unice, Cod. quando non praeter, part. 1. colum. numero 3. & ibi Decius 2. colum. numero 2.

Item quaero, an valeat pactum inter socios, quòd lucrum & damnum inter eos inaequaliter dividatur, & unus ferat majorem partem, quam alter? In quo articulo magistraliter & resolutivè dico, quòd quando patrimonium, vel capitale est aequale, non valet praedictum pactum, sed aequaliter debet fieri divisio. Quando verò patrimonium, vel capitale est inaequale, bene valet praedictum pactum: imò tacitè inest ex natura contractus, ut pro rata, & portione competentis fiat divisio. Quando verò unus ponit patrimonium vel capitale, alius verò industriam, laborem, & operam persone, tunc valet pactum, quòd lucrum & damnum aequaliter dividatur, imò etiam si nihil inter partes actum sit, isto casu debet inter eos aequaliter fieri divisio: quia talis industria, labor & opera unius compensatur cum patrimonio, & capitali alterius; imò multoties praeponderat ei, textus est capitalis & expressus in l. si non fuerint, ff. pro socio & ibi Gloss. ordinaria, Bart. Alberic. & communiter Doctores in l. societas contrahitur, vers. 1. cod. tit. text. in l. 1. Cod. eodem tit. text. & in §. 1. 2. Institut. eodem titulo, idem disponit l. 2. tit. 10. §. part. Confirmatur etiam ratione: quia societas habet in se jus quoddam fraternitatis; nam sicut fratres inter se debent habere aequalitatem & concordiam: ita etiam socii, text. est in leg. verum, ff. pro socio, & ibi communiter Doctores cum similibus.

Ex qua regula & doctrina primò inferitur, quòd non valet pactum inter socios, quòd fiat inter eos inaequalis divisio, & unus ferat majorem partem, lucrum vel emolumentum, quam alter; quando patrimonium, vel capitale est aequale, & non vitiat vel annullat contractus, sed pactum: quia est contra naturam & substantiam contractus, ita probant praedicta jura, probat etiam textus in l. un. man. saluta. ff. de contrahend. emp. textus in l. cum precario, ff. de precario, & in expresso ita tenet Gloss. ordinaria in l. si non fuerit, ff. pro socio, & ibi communiter Doctores, & tenet Azo in Summa, Cod. eodem titulo, 2. colum. numero 9. Olosted. Cyn. Bald. Salyc. & communiter Doctores in l. 1. eodem titulo.

Secundò inferatur, quòd non valet pactum, ut unus socius habeat partem lucri, alter verò totum damnum, text. est in l. si non fuerit, §. Aristo, ff. pro socio, & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores, & idem disponit l. 4. §. 1. tit. 10. §. part. Non tamen intelligas, quòd societas sit nulla, sed quòd pactum inaequale vitietur, & pro jure annulletur.